Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21


KW 224
A 21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Nobiliſſimo, Doctiſſimoque Viro

PETRO REIGERSBERGIO

ICto. Couwervæ Domino, &c.

S. D.

ISAACVS GRVTERVS.

EX quo propius ad noſcendas virtutes tuas admiſſus ſum, & illas ex Majoribus hæreditarias, nullô corrumpentis ſeculi tactas afflatu, & proprias, invidiam mereri ac ferre validas, exiſtimavi ſemper operam dandam, ne juſtis privatim ſolummodò laudibus imputarentur efferenda in publicum præconia. Hunc animi mei ſenſum ut nec ambitioſè venditare, ita nec ignavè premere ſoleo, quoties data ſermones eos

 laceſſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

laceſſit occaſio. Neque verendum, ne domeſticum penè teſtimonium vitiari dicatur affectu in homine, quem & indoles & educatio indécores plauſus ſimulare neſcia à populari malo abſolvunt. Scio & doleo ereptum nuper nobis, deplorandô literis ſeverioribus fatô, qui exquiſitâ illud curâ & ingenti exemplo meditabatur. Iſti tubæ, non paſſuræ ſegnem poſteritatis memoriam, ſuccedit depreſſioris ſoni exilior vivacitas, non in æternitatem animata, ſed in explicandam obſequii fidem; quod multa me ab opprobriis quoque tueri jubent. Magnum enim verecundiæ noſtræ impoſitum eſt onus, ex quo mecum contendere ani-

Gerardum Iohannem Voſsium

mi

mi grati ſtudio cœperunt, qui præſtita mihi agnovêre pro ſuis. Facile ſentio, quanto duriorem provinciam reddat iſta partes meas occupantium modeſtia, ubi quicquid tempore prævertit, plurimum delibat de officii gloriâ. Accedit beneficiorum conſcientia intra literarum anguſtias & tenuiſſimos profectus ſecum æſtuans, dum circumſpicit quid & te accipere & me dare dignum ſit. De noſtræ autem tenuitatis peculio præſtare ætatem expugnatura, &, quod hic caput eſt, quæ Genio tuo, ut par eſt, litent, cùm non patiatur quod adſtitit naſcenti aſtrum, neque labores ad famam inſtrui permittat variè ludibunda ſtudiorum fortuna,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

aliunde conor officiis meis gratiam conciliare. Sic in nupero Anglicanæ linguæ tyrocinio cum verſarer, libuit in excolendo verborum ſtudio non abire à rebus quæ Minervam noſtram propius contingerent. Viri ergo Magni notas in Tacitum, doctis pridem probatas, vertere inſtiti, quod accuratior ſcribentis meditatio preſſius dum urget examen, felicius longè defungatur exercitio ſuo, quam legentis etiam non volatica attentio. Tacitum autem & publicô & tuô commendatum judiciô qui amas, accipe hoc quicquid eſt opellæ, & vide an tranſmarini hominis obſervationes hunc interpretem nactæ facem poſſint allucere induſtriæ

tuæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

tuæ,& ſiſtere in rerum intimis, ſenſu per eas explanatiore & extricatiore geſtorum ſerie minus impeditum proſpectum admittentibus. Purpura eſt alieni operis, ſed cui verſionis meæ pannos aſſui, factô ſatis audacter exercitatæ minus diligentiæ periculo. Si laborem in tenui *non ſequatur vel* tenuis gloria (*ut verè in muſtaceo laureolam non quæro*) *acquieſcam hac voti ſumma,ut & aliis nunc liquidum fiat, nec ipſe audire dedigneris conteſtantem valido & ad alia experimenta provoçante affectu, vivere me quam maximè diligentem æſtimandis virtutibus tuis, & benevolentiæ in me perſpectiſſimis teſtimoniis; quæ in tantum* *Virgil.*

 exſu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

exſuperant noſtram rependendi facultatem, in humili poſitam & fatalibus arctatam cancellis, quantum hæc ab ulla cum meritis certandi ſuſpicione longiſſime diſtare non magis libentes profitemur, quàm ipſa per ſe docet oblati munuſculi vilitas. Vale Vir Nobiliſſime & diu interſis gloriæ theatro, beandus unico victuræ, quod hactenus rapax invidit Libitina, ſobolis voto, quæ non familiæ magis traduces ſpondeat, quàm paternarum virtutum longiſſimè in poſteros transferendam imaginem. VII. *Idus Auguſti* CIↃ IↃC XLIX.

IN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

INTERPRES
LECTORI
S.

STATVERAM largius præfari quàm pro modulo hujus libri, non verſionis meæ, ſed Authoris cauſa ; qui ſtirpe nobili, nobiliore ingeniô, & doctrinâ per omnes artes excultâ meruiſſe videbatur, nè apud pleroſque Eruditos ignotus obſoleſceret. Sed cum Amici, viri [a] Illuſtris, promiſſa & ſpem meam eludat fortuna temporis, turbis adjumenta intervertentibus, cogor ex lectionis meæ anguſtia & parco aliorum relatu depromere, quæ nonnihil ad vindicandam ab ignorationis aut oblivionis apud nos [b] injuria me-

* 5 mo-

a *Gulielmi Boſvvelli oratoris apud Batavos Angli.*

b *Iac. Vſſerius Armachanus in diſſertat. præfixa Ignatii epiſtolis pag.26.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

moriam ſcriptoris politiſſimi facere arbitror; ubi & qualecunque prolixitatis tædium condonabitur ſtudio in viri ſummi Manes. Vt autem ab iis incipiam quæ primum ſe in manus dant inſtituto accommoda, ſcies, Amice Lector, hunc eſſe *Savilium*, qui Sereniſſimæ Anglorum Reginæ *Eliſabethæ* anagnoſta & à ſtudiis Græcis, *Merthonenſi* apud Oxonienſes *Collegio* cuſtos, & *Etonenſi* prope Londinum, loco ampliſſimo, præfectus datus vixit ſplendidiſſimè; ſed inertis & erubeſcendi otii fugitans, ejuſque tantum patiens quod literis imputaretur. Immenſis enim illius ſumptibus [c], exactiſſimæque diligentiæ & induſtriæ curis debemus Græcam *Chryſoſtomi* apud Anglos VIII. voluminibus excuſi [d] editionem; immortali laude digniſſimam.

Secu-

c *Vide Savilii dedicationem & præfat. in Chryſoſt.*

d *Anno* 1612.

Secutus mox [e], illo è manuſcriptis [f] ſex publicante, *Bradvvardina* eſt de *Cauſa Dei*; opus ingens, neque cujuslibet palati, argumento ſolidè excuſſo accuratum [g], ſed ex ſpinis Scholaſticæ Theologiæ contextum aſperè, ut calloſas duntaxat longo iſtiuſmodi philoſophiæ uſu manus verſantium flagitet. Noſter utrâque arenâ inter exercitatiſſimos valens Athleta, Græcæ & Romanæ linguæ omniſque in ea elegantiæ arbiter ſcientiſſimus, & per cuncta legi ac ſciri digna acerrimo graſſatus judicio, ut penitius probaret, quanto & in aliis promovendæ, non ſuis tantùm lucubris illuſtrandæ Eruditionis ſtudiô flagraret, geminam in Academia Oxonienſi Cathedram fundavit, aſſignato ex propriis bonis ſalario utrique Profeſſori, qui Geometriam & A-

e *Anno* 1618.

f *Vide Savilii Præfat. in Bradvvard.*

g *Guil. Tvviſſus Vindiciar. lib.* 1. *part.* 1. & 2.

ſtronomiam doceret, & inſtructa ſelectis ad uſum quà manuſcriptis quà editis authoribus Bibliotheca [h] frueretur. Neque dedignatus eſt Nobiliſſimus, & aliâ quàm Profeſſoriâ dignitate conſpicuus Heros lectiones auſpicari Euclideas, repetito poſt *quinquageſimum & quod excurrit annum*, ut ipſe ſcribit [i], more cum juvenis ſolô gloriæ ſtipendio militans, acrius intendendis ingenii diligentiæque viribus, *in ſcholis publicis pro ſuo modulo Almageſtum Ptolemæi in ordinariis lectionibus interpretaretur*. Pervenerunt ad nos iſtæ in Elementa Euclidis Commentationes jam tum grandævi Senis, &, ut notata ex illis [k] loca perſuadent, octogenario non longè minoris. Quæ narratio non ex conjecturis, ſed ex notis literato Orbi monumentis facile redarguit

h *Vide prælect. Savilii in Euclid. habitas Oxonii anno* 1620. *editas* 1621. *pag.* 41. *& alibi.*

i *Prælect. p.* 7.

k *Vide ibid.*

guit eorum errorem, qui opum naufragium feciſſe autumant editô Chryſoſtomo; ut nihil dicam de ſuperſtite adhuc filia vidua, ampliſſimarum opum hærede unica, in his quoq; (ut audio) literis non infeliciter verſata. Non ignoramus quæ in eo vel carpat livor, alienæ famæ malignus æſtimator, vel quorundam [l] modeſtia, nimis ignavè concoquens, aliis inſultantium levi aut nulla de cauſa, aut ſua temerè præcipitantium & cum faſtu non ferendo ceu κυρίας δόξας obtrudentium proterviam, acriore nonnunquam ſtilo [m] retundendam. Sed iis diluendis abſtinere jubet modum jam egreſſa præfatio; & tamen nondum te, Lector, dimitto. Ejuſdem Viri Notas in Taciti Hiſtorias nunc damus Latinè, vulgatas Anglice ante elapſi ſecu-

li

l *Vide Iſ. Caſauboni epiſtolam ad Iac. Aug. Thuanum* 287.

m *Savilius prælect. pag.* 71. & 217.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

li [n] finem, petitas diu Romano ſermone à peritis harum rerum æſtimatoribus [o], ſed huc uſque tantum linguæ tranſmarinę gnaris lectas; etiam ei præteritas, qui [p] anno hujus ſeculi primo tractatum de Militia Romana Notis ſubnexum Latio intulit; diſtractis jamdiu, ut nuſquam in bibliopoliis proſtent, exemplaribus. Vides, Amice Lector, rarum & grande exemplum hominis ſcitiſſimè flagrantiſſiméque tractantis literas, & ſtudioſiſſimè procurantis ſubſidia excitandis Doctrinæ alumnis; & qui hic viam præivit, qua [q] incede-

n *Si ante Lipſii ſecundas ſaltem in Tacitum curas, forte anno 1580. illas enim ſequenti anno editas apud Cl. V. Petrum Scriverium vidi, ſed nihil hactenus me definire patitur conjecturarum ſeſe evertentium conflictus.*

o *Vide notas Ioſiæ Merceri in Tacit. editas anno* 1598.

p *Marquardus, ut putatur, Freherus conſiliarius olim Palatinus.*

q *Baconus Verulamius lib. 6. cap. 4. de Augment. Scientiar. his verbis*: Atque hoc ultimum eſt Criticorum tanquam Cathedra quam certe noſtra ætate nobilitaverunt Viri nonnulli magni; majores certe noſtro judicio quàm pro modulo Criticorum, *Savilium quoque deſignâſſe videbitur excutienti ea quæ proxime antecedunt & cum his Notis conferenti.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

cederet ſolidè pertentaturus intimam Romanæ Hiſtoriæ cognitionem; inſtituto utiliſſime ad aliam cujuslibet gentis transferendo, ubi collationi accurandæ ſubſidia non invidit temporis lues. Vtinam illi cum quibus fortuna faventior liberaliter egit, qui nec ingenii donis, famam ex ſcientiarum palæſtra quærendam decore ſuſtentaturis, deſtituuntur, altero ſaltem Savilium imitarentur, ſi utroque non patiatur in quibuſdam vitæ, publicis occupatæ ratio, in aliis ævum nimis ſibi licenter indulgens! Certe non paulò lætius effloreſceret quæ inter Magnates compluribus, fœdiſſimæ ignorantiæ ſibi conſciis, ludibrium evaſit, pædantiſmi notâ infamis Eruditio. Sed ad verſionem meam venio, non ubique æqualiter detextâ ſtili telâ. In

Hiſto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Hiſtorica diſſertatione, quæ Notis præmittitur, multa uſui ſumpta ex priſcis ſcriptoribus (è quibus illud Saviliani operis ingeniosè adornatum res docebat) Suetonio inprimis, facile videbit (alia etiam non adhibita ſuis locis) qui apud illos hoſpes non eſt. Iſta per ſe ſatis manifeſtè diſcriminat dicendi nitor rebuſque narrandis cognata proprietas ab iis, ubi meo ore loquor, ut typis ſecerni ſuperfluum fuerit. In ipſis Notis egi interpretem religioſum, ſed cum eo libertatis moderamine, quam ferre poſſe videbatur commentandi ratio. Saltem hic preſſius authorem ſequor, quàm in Agricolæ vita, unde factum toti verſionis labori initium; ubi fortè nondum me ſatis attempero librandis ad alienum arbitrium veſtigiis, ex aſtricto contumacior, qui ſolutior

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

tior & mei juris incedere ſoleo. In libello de Militia Romanæ quomodo me geſſerim, collatio prodet, ſi cui examen illud videbor meruiſſe. Anguſtias in Savilii opuſculo cauſaberis, Lector, iniquas diffuſæ apud alios per grandia volumina materiæ, in quibus laxè habitare licet, & pleniùs ſe indulget pertractati argumenti conſpicua dignitas; omnes mox perfectionis habitura numeros à viri Maximi vaſta diligentia & ſtupendo omnibus ſeculis ingenio Claudii Salmaſii. Sed notabis, Tacito inprimis navatam iſtarum obſervationum operam, ut *Annales* & *Hiſtorias* aliaque ejuſdem verſantibus in promptu eſſet hic neceſſarium illuſtratæ antiquitatis ſubſidium. Græca reddidimus latinè, nunquam verbis anxiè commutatis (quod nefas probo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

interpreti) ſemper ut proximè expreſſum è citato prototypo ſenſum repræſentemus, quantum per noſtram profectus literarii tenuitatem licuit. Omnia autem me probare tibi, Lector, voluiſſe, injurato crede, habituro, ſi voti compos evaſerim, luculentum opellæ pretium. Sin ceciderit hæc alea infeliciter tyroni, rudius ab Anglicana incude feſtinanti ad interpretationis conatum, dulce erit temporis non ſine aliqua fruge acti, & quod inter magis ſumptuoſas nugas minus excuſandâ ſic ineptientis vecordiâ, perire potuiſſet, ſolatium.

Ioſias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Ioſias Mercerus Notis in Tacitum ad Iac. Auguſt. Thuanum Anno 1598.

QVo argumento etiam convicit hanc ſcripturam Eruditiſſimus & omni literatura politiſſimus HENRICVS SAVILIVS in doctiſſimis ad Tacitum Notis: quas Reip. intererat alia etiam lingua quàm Anglica in vulgus dari.

Alibi.

De tota ratione Prætoriani & Vrbani militis nihil addi poteſt ad ea quæ doctiſſimus SAVILIVS adnotavit in accuratiſſimo tractatu de militia Romana quem unà cum Notis ad Taciti hiſtorias & Agricolam editum ante aliquot annos pauci videre, quia malo maximo Rei literariæ Anglica tantùm lingua publicatus.

Alibi.

Quod doctè & curate obſervavit SAVILIVS, ut pleraque alia in his Hiſtoriarum libris, qua illuſtrandæ Taciti hiſtoriæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſtoriæ, qua oſtendendo in quibus Tacitus ipſe incurioſius aut minus explicarit rerum geſtarum ordinem, aut contraria ſibi ipſi & repugnantia ſcripſerit. Quæ omnia ſumma induſtria, diligentia, judicio ab eo relata, aut ipſe non-invidebit nobis Ciſinarinis Latina lingua dare aut erunt qui audeant.

MORS

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

MORS NERONIS

& initium

PRINCIPATVS GALBÆ

ex Anglico V. N.

HENRICI SAVILII.

ANno urbis conditæ 821. Galerio Trachalo & Silio Italico coſſ. Cajus Iulius Vindex, qui Galliam Lugdunenſem Proprætor obtinebat, poſtquam privatis ſæpe inſidiis petitum Neronem, irritô ſemper eventu, vidit, primus extulit publicæ aggreſſionis ſignum apertum profeſſus hoſtem. Vindex domo erat Senatorius, natione Gallus, & priſcorum apud eos Regum ſanguis, corpore validus, ingenio acer, manu promptus, belli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſciens, & præſidentis, quò rapienda inclinaret occaſio, animi. Pacata ejus provincia erat, & propterea inermis, nuſquam legionis ſtativa, nuſquam præſidium. Sed ut in corpore ægro, & peccantium humorum injuriis obnoxio primus qui undecunque ingruit morbus & dolor, etſi leviſſimus, facile proximo alterius conſortio invaleſcit, cietque in noxæ ſocietatem latentis mali ſentinam; Sic ubi paſſim laborat Reſp. qui primus laxatâ obedientiâ inſoleſcit, in omnem turbarum licentiam præit. Neque rarò evenit ut ſublatô principe malo, unde ſecundarium defluxit, hoc tamen citra ruinam non ſubſiſtat. Vindex ergo, priuſquam arma oſtentaret, excuſſis diligenter quæ ad ſe pertinerent, quod nec imperii capax eſſet, extraneus ſcilicet, nec factione validus, neque ſibi obſtrictam in partibus nobilitatem haberet, decrevit deſigna-

ta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ta animo exequi auſpiciis alienis, quò authoritas & exiſtimatio, quæque auxilii ſpem faceret neceſſitudo pluribus innexa, ac potentiæ vocarent. Corbuloni nuper ſicarios immiſerat Nero, Veſpaſianum Iudæo bello diſtinebat. Suetonius Paullinus haud procul agebat, ſed ſine exercitu, ſupra reliquos temporis ſui duces militari laude florens. Verginius Rufus Germaniæ Superiori præerat cum tribus legionibus, Vindici in proximo, ſed familiæ ignobilioris. Germaniam Inferiorem obtinebat Fontejus Capito cum quatuor legionibus, Africam Clodius Macer cum juſto exercitu, uterque, ex ſua opinione, impar reſtaurandis, quæ Nero ſubverterat. Reſtabat Servius Sulpitius Galba, cui magnæ opes, vetus in familia nobilitas. octo annis rexerat moderatè citeriorem Hiſpaniam, nunc quoque legione & auxiliis in-

 ſtructus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſtructus. Vindex agitata ſecum urgere certus, in Hiſpaniam & aliò clam literas miſit, propoſiti apud legatos ſui interpretes. Galba per ſenium languidâ ambitione, & cui metus temporum ceſſerat in lentitiem, ne votis quidem Principatum conceperat, jam ante quietis avidus, & à públicis negotiis retractus intra obſcurum vitæ genus. Terrebat ſcilicet Nero, ſub quo cum non impunè ſemper liceret maleſacere, certe beneſacere nunquam periculo caruit; & nemo rationem otii ſui reddere cogeretur. Acceptis literis, perculſus & quid ageret incertus. Induci ſe pateretur? quid ſi hoc involucro fraus tegeretur? Proderet ac Neroni mitteret? ſuſpiciones ſereret nunquam extricandas, continuo accerſiti periculi metu trepidaturus. Forte nec ſuberat quicquid opinione ſibi conſingeret fallaciæ. Ex iſtis ambiguis, quorum extre-

ma

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ma certiſſimo objiciebant diſcrimini, medium placuit, ſuppreſſiſque literis ad ulteriora progredi noluit, exſpectaturus dum illas eluctata anguſtias fortuna rebus porrò dirigendis illuceſceret. Alii ſuas ad Neronem literas misêre legati, prodito Vindice & flagitio, cui paulò poſt ſe obſtrinxerunt. Vindex ergo paucis poſt Calendas Martias diebus, nondum in ſolido locatâ ſpe, quam de Galba & felici porrò ſucceſſu conceperat, advocatâ concione eorum, quos in provincia ſua dignitate & opibus conſpicuos habebat, tyrannicè à Nerone geſta velut per tabulas recenſens, quomodo acerbiſſimè expilâſſet Galliam, quæque in plurimorum perniciem & florentiſſimæ regionis ruinam ſtruxerat, ſuadebat ſumptis armis, ſe, Romanos, & conflictantem cum iſta peſte orbem aſſererent. Si verò (quod abominor)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

invitis hæc Diis molimur, eamus, inquit, audaces, & quem vexatum undique ſpiritum trahimus, armati pugnanteſque profundamus Patriæ vindicem. Nec quærendus procul Princeps (cum omnia in pejus inclinata, & ignota ſeculo noſtro virtus, ſperare non patiantur Reip. libertatem) quem familiæ decora, inſignis potentia & ſpectata ubique virtus tanto faſtigio dignum extulerunt. Galba eſt, Hiſpaniæ Tarraconenſi impoſitus; quem ſi admittitis, nihil reſtat niſi ut habeantur per provinciam delectus; ſine quibus nec tanta molitio conſiſtit, & vobis quoque excidium minetur. Secuto aſſenſu, protinus animum adjicit conſcribendis & ſub ſigna redigendis hominibus, magnâ quidem, ſed raptim collectâ & belli fere militariſque diſciplinæ inexpertâ multitudine. Propoſitis edictis infamat Neronis imperium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

perium, quod publicè in Galbam transferebat; ſcriptis ad eum literis, ut humano generi aſſertorem ſe accommodaret in illud Naturæ monſtrum, ducemque ſe præberet armatis centum Gallorum millibus, augendis ubi id poſceret neceſſitas. Sequani, Ædui, Arverni, Remi, Galliæ totius flos, in partibus ſuis erant; equis, armis, pecuniâ, & quæ porrò expeditio bellica flagitat, collatis. Rufinus, Flavius, Aſiaticus, alii præfecti, Vienna belli ſedes. Sed infeſta Lugdunenſium vicinia aut adverſata ipſis & cauſæ, aut cauſæ propter ipſos eſt. Frequentibus pugnis, crebris velitationibus ſe fatigabant, animis ita exacerbatis, ut facile quis conjiceret quæſitum ex publico prætextum privatis vindiciis. Lingones quoque, Treveri, urbium aliæ, ſuis deſertis, fœderatæ vicinis legionibus acceſſerunt. Verginio tres, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

audivimus, parebant legiones earumque auxilia; qui cum videret armatis diſſidiis fervere Galliam, & aut faciendas ſibi partes, aut in factas tranſeundum (dato illis rebellium titulo donec prævaluiſſent) privatim Neroni inimicus ob cauſas ex publico, nullô in Galbam ſtudiô, Vindici iratus, quod, novô exemplô, Provincia obtruderet Principem, nihil agere certus, niſi hoc tantum quod alieno arbitrio verſatilem ſe præbere nollet, ſtatuit defenſionis curam habere, contractis undique raptim copiis, eâ perſpectæ in bello virtutis famâ, ut quocunque ſe vertiſſent, imperium translaturæ viderentur.

Ex altera parte legatus Aquitaniæ adverſus Galliæ motus imploravit à Galba auxilium, qui tum nova Carthagine conventus agebat. Sed mox ſenſit inconſideratiùs ſe egiſſe. Galba enim, acceptis à Vin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

dice literis, & jam certus Procuratoribus mandatam ejus mortem, amicis rem diſcutiendam denuo propoſuit. Qui ex illis ſe ſuaque periclitari nollent, rogabant ulterius ſe non ingereret, ſed exſpectaret quò Roma novis excita motibus inclinaret. Præveniri poſſe legatos Provinciarum, & maturè armari qui ſic moneatur. Titus Vinius, legionis legatus, & in flagranti apud Galbam gratia, tutiora judicabat circumſpicienda. Tempori, inquit, hoc da, & in procuratorem unum & alterum intentus copias præſtò habe. Sanè ſi vel ſuſpendio paucos iſtos hic è medio tollere poſſemus, defuturos putas in necem noſtram carnifices? Ferrum in Neronem porrige, ſtringendum ex occaſionis nutu. Forte, inquies, mitiora ſequetur, nondum conſummatâ defectione. Sed boni etiam Principes imperii ſui majeſta-

 tem

tem tenerrimè fovent, cujuſcunque temeritate attentatam ſeveriſſimè vindicant. Quam miſerè ſe dederunt, qui affectatô improvidè regno laceſſere auſi ſunt Principes, qui diadema ſuum adverſus injuriæ vel ſuſpicionem quamlibet cautiſſimè habuerunt? Germanicus, ut aliqui hic meminerunt, quod pauci ut principem conſalutare voluiſſent, ſemper inviſus fuit, donec morte ſua expiâſſet alienam temeritatem. Corbuloni, iſti, inquam, Corbuloni, qui Germaniam pacaverat, Armeniam ad obſequium redegerat, Perſici faſtus ferociam contuderat, Arſacidarum progeniem Neroni ſupplicem fecerat, tam gloriosè geſta verterunt in perniciem, quod tacitè ex quorundam ſententia velut aptus Principatui deſignaretur. Reos nos, ajunt, peragit armata ſeceſſio. Ille commiſeratione tangeretur, quem nihil

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

unquam pœnituit niſi quid bene feciſſet? Exſpectet, cuicunque libuerit, Româ (ubi perdita libertas) hominem aſſerendis aliis in libertatem; quam ſola Galbæ & Vindicis arma nobis ſpondent. Hæc cum aliis antehabenda eſſe ſuaderet veri ſpecies, & in tantum valida, ut aſſenſum diutius ſuſpendi non paterentur, Galba diem dixit, quo ageretur de manumiſſione. Ex agris Provinciales ad præſtitutum tempus confluunt, ſuſpicionibus facile in alia diſtracti. Galba propoſitis ante ſe damnatorum occiſorumque à Nerone quamplurimis imaginibus, & adſtante nobili puero, quem exulantem ex proxima inſula ob id ipſum acciverat, circumfuſos milites ſic allocutus eſt: *Adſumus, commilitones, ſervis libertatem præſtituri, ut alii per nos tam ingenti beneficio gaudeant, quod nobis hactenus vix integrum fuit,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

quibus tamen natura & fortuna illud indulſit. Ex prioris vitæ inſtituto facile abſolvor non ambitioſam fovere ſpem, adeoque teſtatur mihi animus, nec per malignitatem quid tentare, & privata etiam poſthabere. Dolet exprimi has voces, ſed celari negant, quæ in omnium oculis geſta ſunt. An ſæviùs unquam habitum vel uno anno mancipium quàm nos quatuordecim per annos ſub Nerone? quo genere tributi non exhauſit, ut extorſionibus malè perdita ſuppleret? quâ abſtinuit crudelitate? nobis diſſimulantibus ipſa clamitarent ſaxa. Veneno graſſatus eſt in Patris fratriſque necem. Nihil in divexanda matre penſi habuit donec occideret. Vxorem, Præceptorem, & quoſcunque ulla virtute notabiles in Senatu, Romæ aut in provinciis ſciret, nullo ſexus ætatiſve diſcrimine, è medio ſuſtulit. Quid anxia

ſuſpi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſuſpiria & lachrimas memorem tot nobilium, quorum ille patres interemit, tot uxorum, quarum maritos, tot inſignium virorum, quos in exilium ejecit? ſatis in crudeliſſimum Principem vindictam feſtinantibus. Principem? imò incendiarium, cantorem, citharœdum, hiſtrionem, quadrigarium, præconem, imò ne virum quidem, qui viro, & cui vir denupſit. Monſtrum & propudium generis humani. Puto vobis ex fama innotuiſſe Vindicis in Gallia molitiones. Me quod attinet, indoleo. Prior vita ab omni ſejuncta ambitione, captandis dignitatibus abſtinuit; & quantum mihi temporis ſupereſt, malim placidè extraque turbas tranſigi. Sed cum, neſcio quo fato, quod nunquam affectavi, nedum hac ingraveſcenti ætate, aliorum mihi vota imponant, committere non debeo, ſi vos habeo aſſentientes, ut publi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

cæ ſaluti non impendatur, quo ſenile corpus animatur ſpiritus; non Imperator, vel Auguſtus, adoranda mihi eminus nomina, nec acceſſu propiore violanda, ſed nondum finitam orationem turbat militum & populi clamor, Imperatorem conſalutantium. Galba laudato ſalutis publicæ ſtudio, accepta re, nomine refutato, legatum ſe Senatus ac populi Ro: profeſſus eſt. Proxima cura fuit copiis militaribus ſe firmare, & invidioſum nomen turbis detrahere. obtulit ſe Provinciæ plebs miro undique confluxu. Novæ legiones & Auxilia conſcribebantur, juvitque neceſſitatem caſus, navis detorſa appulit armis onuſta, ſine gubernatore, ſine nauta, ac vectore ullo. Magnum & hac fortuna acceſſit ad rei ſummam momentum; ut nemini dubium eſſet juſtum piumque & faventibus diis bellum ſuſcipi. Deinde ex iis circa

ſe,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſe, qui prudentia & ætate præſtabant, inſtar Senatus inſtituit, & Equeſtris Ordinis juvenes delegit, qui excubias circa cubiculum ſuum vice militum agerent. Etiam per Provincias edicta dimiſit, author ſingulis univerſisque conſpirandi; ſimul & ut, quâ poſſet quisque operâ, communem cauſam juvarent. Multi deſerto Nerone in ejus partes tranſibant, inter primos M. Salvius Otho, tunc Luſitaniæ rector, collata ſupellectile pretioſiſſima excudendæ pecuniæ. In Germania ſuperiori exercitus perſpectis Neronis viribus, plurimum imminutis, Gallia in apertam rebellionem excîta, Hiſpania Principem oſtentante, aliis regionibus nutantibus, totque votis in unum licet non conſpirantibus, Neronem tamen hoſtiliter peti, conſiderato robore, quo nunc collectus valebat, ante in cohortes & turmas diſperſus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſus, à Galba alienus & contumelia ferox ab una legione ſibi Principem imponi, ſtatuit transferendi Principatus gloriam occupare. Et in proximo erat, qui tanti beneficii honoribus par eſſet; Legatus Verginius Rufus, domo licet nobili, neque ſupra, tamen virtute, rebus geſtis, & quicquid æſtimantibus in prærogativa eſt, Galba potior. Hic gentilitiis imaginibus ſi anteire dicatur, at Catulus gentis caput & decus, turpi fugâ in bello adverſus Cimbros ſibi conſuluit, ubi Marius, natalium obſcuritate infra Verginium, conſtantiam ſuam ſervatâ Repub. probavit. Sic imagines Neronis paſſim dejectæ magnos inter tumultus Verginius conſalutatur Princeps, ejuſque nomen ſignis militaribus inſcribitur. Ille adultâ rebellione, atque huc enitentibus impar, videbatur acceſſurus molitionibus in Neronem, ſed nullô ſui

ſtudio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſtudiô, multò minus alicujus qui exteris complacuiſſet. Neque enim illud intendebat, quod flagrante multorum ambitu petebatur; certius non admittere, niſi quem ſuffragia Senatus dediſſent. Penes eum eſſe arbitrium & jus, quod nullius inſolentiâ delibari pateretur. Pacatis utcunque militibus, delendæ inſcriptionis author fuit, totumque exercitum in Galliam rapuit, oppugnandi Vindicis prætextu. Obſeſſa Veſontio eſt, poſtquam recipere eum abnuit. Vindex viginti armatorum millia educit urbi liberandæ, aut, ſi forte, prælio. Caſtris non longo intervallo diſſitis literæ utrimque commeabant. Secutus mox congreſſus clanculum omnibuſque ſub motis, eventu placido, & directis haud dubiè in Neronem conſiliis. Neque à vero abeſt cogitatum etiam de rejiciendo Galba. Amicè ergo diſcedunt in ſua

quiſque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

quiſque caſtra. Vindex dubiô jam extricato ſecurior, minimè pugnam cogitans, ingredi urbem ſtatuit, fovendis à profectione militibus. Germani in excubiis ad mœnia, cum viderent appropinquantes Vindicis copias & peti ſe putarent, inſcii quid inter Duces actum, neque occaſioni defuturi, non exſpectatâ juſſione inopinâque aggreſſione, turbatis ordinibus incedentes invadunt, quos reſtituere raptim non patiebatur belli ignara multitudo. Internecione ergo prope deleti, direptis etiam impedimentis. Vindex infauſto ſubitanei atque inopini prælii eventu cum periiſſe ſibi cerneret ipſum Galliæ florem, & ſuſpectatâ Verginii fraude, quaſi per inſidias captum tranſmiſſuri ad Neronem, gladio ſuo incubuit. Perſequentium multi cadaver vulneribus confodiebant, captatâ quaſi gloria aut præmio, ſi Nero viciſſet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

iſſet. Poſtquam ſic pugnatum eſſet, denuo ad Principatum Verginius militum vocibus compellebatur, quibus acceſſerunt aliarum regio-num legationes auxilium offerentes quod in ſe eſſet, aut alioquin re-dituros ad ſacramentum Neronis. Verginius deplorato infelicis amici caſu abnuebat colloquium, Galliæ interiora aditurus. Atque hunc exitum habuit Iulius Vindex, vir ardui potius conatus quàm fauſti, qui imparatus ab exercitu rite in-ſtructo, nulla legione, nullis in præfectura ſua militibus, dum alii, quibus faventior fortuna, eminus tam periculoſas molitiones inſpe-ctarent, bello laceſſere auſus eſt Principem cui triginta legiones in armis; Principatum per quatuor è majoribus ad ſe devolutum, ſua inſuper quatuordecim annorum ad-miniſtratione conſtabilitum. Quem non privata deſperatio impuliſſet

in

in reip. exitium, aut vindicta ob perditam gratiam dedecuſve, arripere ſuaſiſſet imperium (ampla novis rebus materies) ſed ut incubantem Patriæ tyrannidem propulſaret, affectu tam acri, ut vilis ei vita & ſecuritas eſſet. Cum enim renunciaretur Neronem edicto caput ejus venale propoſuiſſe pretio decies mille ſeſtertiûm, hoc eſt, octoginta mille libris Anglicis, reſpondit, qui obtruncati Neronis caput mihi obtulerit, meo invicem donatus abibit. Et quamquam fortuna abſtulit virtutis uſum, & oblato caſu, humanis conſiliis flecti neſcia, intercesſerunt cœptis audacibus, fatendum tamen, Vindicem primò lapidem moviſſe, qui ſenſim provolutus Neronem ſolio excuſſit. Neapoli hic de motu Galliarum cognovit circa vigeſimum diem Martii; adeoque lente & ſecurè tulit, ut nihil ex conſuetudine luxus

atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

*tque deſidiæ omitteret vel immi-
ueret, ſed gaudentis etiam ſuſpi-
ionem præberet, tamquam occa-
ſione natâ ſpoliandarum jure bel-
i opulentiſſimarum Provinciarum.
Cœnæ tempore interpellatus tumul-
uoſioribus literis, & quæ in ma-
us omnia proferrent, hactenus ex-
anduit, ut malum eis, qui de-
ciſſent & hilaria ſua turbarent,
minaretur; ut per octo continuos
dies non reſcriberet cuiquam, non
mandaret quid aut præciperet. E-
dictis tandem Vindicis contumelio-
ſis & frequentibus permotus, Se-
natum epiſtola in ultionem ſui,
Reique publicæ adhortatus eſt, ex-
cuſato morbo propter quem non ad-
eſſet. Cætera convitia, ut falſa,
non alio argumento refellebat,
quàm quod etiam inſcitia tanto-
pere laborata perfectæque à ſe ar-
tis objiceretur; ſingulos ſubinde ro-
gitans, noſſentne quemquam præ-
ſtan-*

ſtantiorem. Senatus acceptis literis, ſeu adulatio, ſeu metus fuit, Vindicem perduellionis damnat, qui paulò poſt Neronem eodem titulo infamavit. Sed urgentibus aliis ſuper alios nuntiis, Romam prætrepidus rediit. Ac ne tunc quidem aut Senatu aut populo coram appellatô, quoſdam è primoribus viris demum noctu evocavit, tanquam deliberaturus gravia, tranſactâque raptim conſultatione propoſuit quæ in Muſicis nova excogitâſſet per organa hydraulica & ignoti generis, oſtendenſque ſingula, de ratione ac difficultate cujuſque diſſerens, addebat compertum ſibi, quomodo & graviore & vegetiore ſono audirentur, jamque etiam prolaturum omnia in theatrum affirmavit, ſi per Vindicem liceat. Sed poſtquam deinde Galbam & Hiſpanias deſciviſſe cognovit, veſte deſciſſâ, capite con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

converberato, conſolationem non admiſit, donec Senatus Galbam, tanquam hoſtilibus in Remp. tentatis, proſcriberet. Tum aliquantum reſipuit, & cum proſperi quiddam è Germania nuntiatum eſſet, rediit ad mores luxu & infanda ſecuritate perditos. Galbæ ſervis in carcerem conjectis, bona eorum haſtæ ſubjecit. Conſimilia egit in Hiſpaniis Galba, bonis Neronis ibidem per auctiones diſtractis, meliore fortuna fori.

Initio ſtatim tumultus, multa & immania creditur deſtinâſſe, percuſſores ſubmittere exercitus & provincias regentibus quaſi conſpiratis, idemque & unum ſentientibus, quicquid ubique exulum, quicquid in Vrbe hominum Gallicanorum eſſet, contrucidare, illos, ne deſciſcentibus aggregarentur; hos, ut conſcios popularium ſuorum atque fautores, Senatum univerſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

verſum veneno per convivia neca-re, Vrbem incendere, feris in po-pulum immiſſis, quo difficiliùs de-fenderetur. Sed abſterritus non tam pœnitentiâ, cum non abhor-rerent à natura ejus, quàm perfi-ciendi deſperatione, credidit ex-peditionem neceſſariam, præmiſ-ſo interim Petronio Turpiliano & Rubrio Gallo aliiſque. In præpa-randa expeditione primam curam habuit deligendi vehicula, portan-dis ſcenicis organis, concubinaſqu-quas ſecum educeret, tondendi ad virilem modum, & ſecuribus pel-tiſque Amazonicis inſtruendi. Mox Tribus urbanas ad ſacramentum ci-tavit, ac nullo idoneo reſpondente certum dominis ſervorum nume-rum indixit. Partem etiam cen-ſus omnes ordines conferre juſſit pleriſque omnem collationem pa-lam recuſantibus. Vt enim arma ci-vilia minimè procedunt ſine ſtipen-

diis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

diis, neque facile ſubditos novis divexat tributis prudens Princeps, ubi maxima eorum vertitur benevolentia, qui ſimul & corpore obſequium debent; Nero pacis tempore futuri improvidus, non coactis belli ſuſtentandi præſidiis, offendere tum cogebatur cum prævalere debuiſſet omnium gratiâ, nihilque tamen unquam in rem ſuam confecit magis adverſantibus ſubditis; accedente ad malam famam adverſæ factionis potentiâ. Ex imperii & militiæ arcanis unum ſibi præcipuæ fiduciæ ſepoſitum dixit familiaribus. Simulac primum provinciam attigiſſet, inermem ſe in conſpectum exercitus proditurum, nec quidquam aliud quàm fleturum, revocatiſque ad pœnitentiam defectoribus, ſequenti die lætum inter lætos cantaturum epinicia, quæ jam nunc componi ſibi oporteret. Interim dum Nero in Galbam & Vindicem arma expedit, nuntia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

tur prandenti Verginii & cæterorum exercituum defectio. Ille velut amens literas ſibi redditas concerpſit, menſam ſubvertit, duos ſcyphos gratiſſimi uſus illiſit ſolo, & abjectâ ſui curâ, quamvis non propius admotô periculô, venenum poſcit, in auream pyxidem conditum, ne indecorâ morte tolleretur, tranſiitque in hortos Servilianos, ubi præmiſſis Hoſtiam libertorum fidiſſimis fugam in Ægyptum tentavit, quæſiturus ex Muſicæ ſtudio victum; imaginariâ ibi ſecuritate, quam Imperatori Roma negabat, Tribunis Centurionibuſque Prætorii partim tergiverſantibus, partim apertè detrectantibus fugæ ſocietatem, uno etiam proclamante; uſq; adeone mori miſerum eſt? *Varia agitavit, Parthoſne adiret nupero beneficio obſtrictos, an Galbam ſupplex peteret? an atratus prodiret in publicum, proque roſtris quanta poſſet maxima miſera-*
tione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

tione veniam præteritorum precaretur? Ac nî flexiſſet animos, vel Ægypti præfecturam concedi ſibi oraret. Placuit illud, & inventus eſt poſtea in ſcrinio hac de re ſermo formatus. Sed deterritum putant, ne prius quàm in forum perveniret, diſcerperetur, cogitatione in poſterum diem dilatâ.

Numphidius Sabinus & Sophonius Tigellinus prætorias cohortes regebant; obſcuro genere & hæc virtutum præmia beneficio Neronis adepti, primi nunc deſertores & proditores. Sed Tigellinus infamiâ ſua & publico odio invalidus, Sabinus proſpera militum famâ florebat, qui affirmato Neronem fugæ delegiſſe Ægypti latebras, & facta donativi ſpe Galbæ nomine trigeſies mille ſeſtertiûm id eſt 234 li. 5. ſ. 6. pence *in ſingulos, & quinquies id eſt* 39. li. 1. ſ. 3. pence, *in exteros, plus quàm aut poſſet aut vellet, facile*

perſuaſit ut deſererent à quo (aut putabant) desererentur, & in Galbæ verba jurarent. Neque favoris id ſupra cæteros fuit, ſed dum alii ambigerent, alii recuſarent, & nullo competitore certaret Galba, imperium ei delatum eſt. Qui in excubiis, dum futura proſpiciunt, & de creando principe commilitonum conſiliis admiſceri geſtiunt, dormiente Nerone ſe ſubducunt. Ille ad mediam ferè noctem excitatus; ut comperit ſtationem militum receſſiſſe, proſiluit è lecto, miſitque circum amicos. Et quia nihil à quoquam renuntiabatur, ipſe cum paucis hoſpitia ſingulorum adiit. Tantus Imperator, prius adoratum mundo caput, amicorum, militum inſtructiſſimo comitatu, & expeditis omnium obſequiis, nunc ſervuli in morem fores oberrat, quas infelici ſibi clauſas reperit. Ita urgentibus adverſis, conſilia & ſolatia notiſſimorum præri-

pien-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

pientibus, in cubiculum rediit, unde & cuſtodes diffugerant. direptis etiam ſtragulis, amota & pyxide veneni. Requiſivit ergo Sulpitium gladiatorem cujus manu periret. Nemine reperto nec amico nec inimico, procurrit quaſi præcipitaturus ſe in Tiberim. Sed revocato rurſus impetu, aliquid ſecretioris latebræ ad colligendum animum deſideravit. Et offerente Phaonte liberto ſuburbanum ſuum circa quartum milliarium fugit quatuor ſolum comitantibus Phaonte, Epaphrodito, Sporo & Neophyto, obſoleta in veſte neque prorſus militarem in modum, adopertoque capite, & ante faciem obtento ſudario. Dum feſtinus urget iter audiit ex proximis caſtris clamorem militum, & ſibi adverſa & Galbæ proſpera ominantium. Equo in via conſternato & ad latus deflectente, detecta facie agnitus eſt à quodam Prætoriano & ſalutatus.

tus. Vt ad diverticulum ventum eſt, dimiſſis equis per fruticeta ac vepres, per arundineti ſemitam ægre, ad adverſum villæ parietem evaſit. Ibi hortante eodem Phaonte ut interim in ſpecum egeſtæ arenæ concederet, negavit ſe vivum ſub terram iturum; ac parumper commoratus dum clandeſtinus ad villam introitus pararetur; atque ita quadrupes per anguſtias effoſſæ cavernæ receptus in proximam cellam decubuit ſuper lectum modicella culcitâ.

Interim Romæ à Senatu hoſtis judicatur, dignuſque qui puniatur more majorum. Et jam quærebatur ab iis quibus præceptum erat ut vivum eum attraherent. In Principatum autem ſucceſſor etſi tacitis omnium ſuffragiis Verginius deſignaretur, qui à Senatu exſpectare poſſe credebatur beneficium, cujus ad eos retuliſſet arbitrium, metu tamen ne in novas belli civilis turbas revol-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

revolverentur, cum ſubmoveri alioquin occupato jam loco Galba non poſſet, militum exemplo in Galbam conſenſerunt. Tum unoquoque circa Neronem inſtante, ut quàm primum ſe impendentibus contumeliis eriperet, funeralia inſtrui juſsit, flens ad ſingula atq; identidem dictitans; qualis artifex pereo! Inter moras perlatos à curſore Phaontis codicillos præripuit, lectoque ſe à Senatu hoſtem judicatum & quæri ut puniatur more majorum, interrogavit quale id genus eſſet pœnæ; ignoto ſibi tales ſanctiones condendi more. Cum comperiſſet nudi hominis cervicem inſeri furcæ, corpus virgis ad necem cædi, conterritus duos pugiones, quos ſecum tulerat, arripuit; tentatâque utriuſque acie rurſus condidit, ac orabat ut ſe aliquis ad mortem capeſſendam exemplo juvaret, quod fruſtra ab inerti aula & per luxum ac infamiam nequiſſi-

mè exercita, ſperabat. Iamque miſſi à Senatu equites appropinquabant, quod ut Nero ſenſit, ferrum jugulo adegit, juvante Epaphrodito à libellis, qui ſub Domitiano poſtea cæſus iſtius obſequii pretium tulit, judicante non dignum ſpiritu, qui quocunque modo eum Principi expreſſiſſet. Hunc vitæ exitum habuit Nero vita pudendus, imperio in publicum odium adductô, nullo nec metu nec amore ſubditorum, ſecundo & trigeſimo ætatis, decimo quarto imperii anno, octavo die Iunii; modicâ ſub initium gratia, ut dicere ſolitus fuerit Trajanus, bonos etiam Principes non adæquâſſe famam Neroniani quinquennii. Sed mox cum erupiſſet in quodlibet licentiæ & crudelitatis genus, lentus in negotiis, valido tantum in vitiis ingenio, ſic oppreſſus defecit.

Poſt ejus mortem populus & inprimis Nobiles in quos præſertim ſævierat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

vierat, ſacra Diis fecerunt actis quaſi per publicum gaudium feſtis. Alii quoque pileati tota urbe diſcurrerunt quaſi parta libertate. Senatus de novo cenſuit gratias Nymphidio agendas, laudatâque ejus prudentiâ & reip. cura, Galbæ confirmavit conſuetos Principis honores. Factum ſuper ea re decretum, ut quàm celerrime ad eum mitteretur conſules operam dederunt. Decreta quoque legatio ex primoribus addito mandato, præter gratulationum ſollemnia, ut rogaretur Romam properare. Tum & in Senatu propoſitum ut in accuſatores inquireretur. Spectabat id multos ex potentiſſimis, qui proximorum damnô vixiſſent, & quodammodo arcana imperii, everſis ejus præſidiis. Nihilominus tamen adeo & execranda geſſerant, & adeo recens eorum memoria erat, ut Senatusconſulto omnes, cum reliqua Neronis factione, judicarentur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

puniendi more majorum. Sed in paucos tantum ex infimis id valuit, ex quibus nec inſignia in alios damna, nec in ſe commoda exſtabant, majoribus facile eludentibus periculum.

Is erat in Gallia & Romæ rerum ſtatus, cum repente ex inopino cuncta turbata ſunt, militeſque pœnitentiâ mutati ſacramenti deſtituere Galbam voluerunt, ægreque retenti in officio; & ſervi, quos à liberto Neronis ad fraudem præparatos muneri acceperat, per angiportum in balneas tranſeuntem pene interemerunt. Niſi cohortantibus invicem, ne occaſionem omitterent, interrogatiſque de qua occaſione loquerentur, expreſſa cruciatu confeſſio eſſet. Acceſſit ad tanta diſcrimina mors Vindicis, urgerique Verginium ut jure Victoriæ quaſi debitum acciperet Principatum, aut alioquin ad Neronem ſe redituros. Conſternatus maximè Galba per literas

à Verginio petiit, ut ſecum junctas pro libertate & Romano imperio curas capeſſeret. Ipſe tamen deſtituto ſimilis Cluniam ſe recepit facti pœnitens & privatam vitam reſpiciens, quaſi inter ſummum & infimum hic eſſet medio locus. Ita variè anxio, nullo ſui reſpectu, ſeptimum intra diem Icelus libertus Româ profectus adeſt, qui diceret vivere adhuc Neronem, ſed nuſquam reperiri, cunctoſque in verba ſua juràſſe. Sed ſupervenientibus aliis ab urbe nuntiis occiſum eſſe Neronem, fidem ipſe Icelus vix habuit, niſi inſpecto cadavere & ſic ad Galbam properavit. Biduo poſt Vinius è caſtris capita Senatuſconſulti attulit. Galba inopinato eventu lætus Icelum ornat annulis aureis, Vinium ſummo apud ſe loco, depoſitâque Legati ſuſcepit Cæſaris appellationem. Cornelius Laco donatur Prætorii præfecturâ; & Romæ ſtabiliendis rebus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

cum ſe coram requiri atque ex uſu fore arbitraretur, indicit profectionem, exercitu terrâ iturô.

Nymphidius autorem ſe interfecti Neronis ratus, & navati pro principatu laboris mercedem aliam non eſſe, præter ipſum Principatum, Galbæ quoque ſenium increpans, quem Roma diu ferre non poſſet, Principem egit geſſitque imperii inſtar, non per gradus, ſed cum magno impetu. Prætoriano militi gratus ob donativum erat, facili quocunque duceret obſequiô. Primores Senatus, gratiam ejus captantes, videbatur obſtrinxiſſe, ut ſui jam oblitus Tigellinum ſocium juberet deponere gladium. Conſules, quod codicillos miſiſſent non per ſuos milites, nec mandata curſorum ſuo obſignâſſent annulo, decreverat ſpoliare; & rei porrò ſuæ intentus convivio excipit qui in civitate erant eminentioris fortunæ; tacite milites inducere

conatur, quo Galbæ ſupplicarent, ut Nymphidium faceret præfectum Prætorio perpetuum ſine collega. Vt caperet licentiæ hamo populi militumque animos, dedit ſæviendi poteſtatem in Neronianæ factionis reliquias. Spicillum gladiatorem Neronis imagini alligatum, publiceque raptatum in foro trucidârunt. Aponius delator oppreſſus eſt, per cujus cadaver impulerunt graves ſaxis currus; ne alios contumelioſe habitos cæſoſque commemorem; quoſdam etiam, ut nullo metu graſſantis vulgi mos eſt, nullâ culpâ. Et in Senatu audita querentis vox eſt, fore ut brevi optent reſtitui ſublatum Neronem, cum magis toleranda ſit unius quàm plurium ſimul tyrannis, tutiuſque vivi ubi nihil licet, quàm ubi omnia. Ita Nymphidius, natus Nymphidiâ libertâ, diuque aulicô exercitâ famulitiô, & Martiano gladiatore, inſidiabatur

imperio ad ſe rapiendo, operâ fœminarum, & quorum Romæ in Senatu valida authoritas, miſſô quoque in Hiſpaniam Gratiano, qui explorandis Galbæ molitionibus intentus eſſet.

Macer in Africa, rebus jam turbidis, delectus agit, principemque ſibi locum deſtinat, ſed quem avaritia & crudelitas inviſum fecerant, languidiſque in ſe hominum ſtudiis, nec pares conatibus vires cogere, nec cœptis ſine periculo abſiſtere poterat. Galbia Criſpinilla in Neronis intimas libidines aſſumpta cum poſt ejus mortem ſibi metueret, in Africam trajecit. Illius conſiliis uſus Macer Provinciam, quà mari admovetur, præſidiis firmat, vetitis frumenti tranſvectionibus Romam fame preſſurus. Fontejum Capitonem, inferioris Germaniæ legatum, aliquid pro ſe agitâſſe fama eſt. Illud affirmatum, cum juri dicundo præſideret,

deret, & ille contra quem erat pronunciatum appellaſſet Cæſarem, ſurrexiſſe altiuſque conſcendiſſe ſubſellium, juſſô qui victus erat perorare cauſam in Cæſaris auditorio. Sed Fabius Valens legionis ibidem legatus, Galbæ partes amplexus erat, primuſque cum ſuo milite in ejus tranſiit ſacramentum, exemplum ſequente exercitu. Verginius jam ſolus ferebatur Galbæ rivalis oppreſſo Vindice & perdomitâ Galliâ; & quamquam à militibus, evulgatâ Neronis morte, ita urgeretur, ut Tribunus quidam ſtrictô ferrô juberet aut illud, aut imperium accipere, à propoſito ſe tamen dimoveri paſſus non eſt. Poſtea cognitô Senatus decretô ſponte, exercitus autem ægrè & nonniſi diu reluctatus, in verba Galbæ juravit, cum jam inferior Germania ſacramento ejus eſſet adacta, ſecutô mox reliquarum provinciarum conſenſu.

Galba

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Galba ordinandis Imperii rebus intentus civitates Hiſpaniarum quæ cunctantius ſibi acceſſerant, gravioribus tributis, quaſdam etiam murorum deſtructione punivit; & præpoſitos procuratoreſque ſupplicio capitis affecit cum conjugibus ac liberis. quo facto exceſſit Neronis ſævitiam, præter omnium exſpectationem, principatu nondum adulto. Trebonium Garrutianum Africæ procuratorem jubet interimere Macrum, recens conſcriptam legionem dimittere, regionemque illam turbis purgare, & ſuffectus Verginio Hordeonius Flaccus Germaniæ legatus. Tum ſenex paludatus iter ingreſſus eſt, Galliæque civitates Vindici reſiſtere auſas, reditu & agris multavit; aliis quartam tributorum partem remiſit, incolis jus civitatis auro mercantibus, & Vinius cupiditatis immenſæ, conſpicuo apud invalidum Principem locô, ditiori-

bus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

s venalem habuit Principis ſui
atiam. Miſſi à Senatu ei occur-
nt Narbonæ, omnibus ad digna-
onem compoſitis, acceptoſque Gal-
 ſuper familiaribus colloquiis mo-
cæ de ſuo cœnæ adhibuit, in ma-
nâ licet abundantiâ, ſubmiſſiſque
Nymphidio ſtructoribus & ſupel-
ctile Neronis. Sed Vinius, cujus
alba totus erat, conſuluit ne po-
ularitati, quæ minus decora impe-
io, ſtuderet, ſuaſit eorum, quæ Ne-
onis fuerant, uſum, & ſpectandam
n faciendis ſumptibus liberalitatis
amam. Verginius tradito ſucceſſori
xercitu obviam ſe tulit, ſed ut al-
ius reconditam indignationem fa-
ile argueret modicus, qui habeba-
ur occurrenti, honor. Adeo peri-
uloſa oblati quoque imperii recuſa-
tio eſt.

Ex reduce Gelliano cum Nym-
phidius cognoviſſet, Laconem præfe-
ctum prætorio, Vinium obtinere præ-
cipuum

cipuum in aula locum, miſſum à ſe nuncium ſuſpectari, vitarique ejus congreſſum, ne privatim quidem factâ loquendi cum Principe poteſtate, imo nec aditu datô, æſtuabat animo. Coactis ergo Prætorianorum Centurionibus ait videri ſibi Galbam ſenem optimum, ſed à duobus, Tigellino ſimillimis, in fraudes inductum, Vinio & Lacone, conſultum fore ut omnium nomine per unum & alterum ex iſto ordine ſignificetur, fore ut melius hic accipiatur, amoto illo hominum pari. Sed abſurdum erat Principi ea ætate velut minori quidquam à miniſtris præſcribi. Aliud ergo ſtatuit, literaſque ad Galbam dedit terroris plenas; dubiô omnia Romæ loco eſſe & periculosè nutare, à Macro in Africa retentas naves, Legiones in Germania nova moliri; quibus paria addebat ex Syria & Iudæa. Sed animadverſo eis non permoveri Galbam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

am, ſuam apud eum autoritatem abare, perſpectiſque militum in ſe tudiis, petere ab armis ſubſidium lecrevit; dehortante licet Clodio Celſo, qui ex amicis & moderatus & prudens homo cenſebat, pauciſſimos habiturum Romæ, qui Imperatorem eum velint. Sed aliorum riſu exceptus eſt, præſertim Mithridatis cujuſdam ex Ponto, qui forte, inquit, Romanis Galba nunc quia abſens aliquid videatur; ſed ubi in conſpectum venerit Calvus Imperator, fronte rugis aratâ, deprehendent opprobrium temporis, quod illum ad Principatum extulit. Nymphidium itaque mediâ nocte proximâ in caſtra deducendum ſalutare Imperatorem ſtatuunt. Sed nondum adveſperaſcebat cum Antonius Honoratus egregiâ inter Tribunos famâ, militum ſuorum concione advocatâ, quæ intemperiæ, inquit, vos agitant, ita deſultoria fide & ſacra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſacramento nullam ob cauſam inſtabili? Si rejici debuit Nero, cujus matris, cujus uxoris cæde conſperſus Galba eſt? quæ morum infamia indignum fecit, ut ſcorti principalis filius præferatur? cujus fuſo ſanguine, ſi in verba ejus jurarent, brevi præſtarent Neroni vindicias, quem prodidiſſet, & Galbæ fidos ſe probarent quem iſte inſidiis petiit. Expenderent, qua ſpe decem millia integras imperii vires laceſſerent, quæ pro Galba in armis eſſent. Ab illis hac oratione motis tranſiit in reliquos exemplum obſequii, probatæque partes Galbæ. Exortus deinde in caſtris clamor Nymphidium advertit, qui ſe peti ratus, & feſtinans ut firmaret nutantes animos ſeditionemque præverteret, eò cum facibus deducitur, memoriæ mandata oratione à Cingonio Varrone compoſita, & ad milites habendâ. Sed clauſis caſtrorum portis, & vallo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

o ubique per ipſos occupatô, veritus uid rei gereretur, propius acceſſit, uæſivitque quid iis eſſet animi, & ujus fiducia armatos ſe oſtentarent, eſpondentibus neſcire ſe, neq; alium ccepturos Principem niſi Galbam. Nymphidius perſpectô periculô in illorum ivit ſententiam, & Galbæ ſalutem & proſpera precatus eſt; Auguſto ſuos in paria adigente. Ab excubiis ergo ad portas, admiſſus cum ſuorum paucis, in ingreſſu telo petitur, Septimio quodam ſcutum objiciente. Sed cum videret tot ſtrictos in ſe gladios dirigi, fugit, inſequentibus qui eum in militis tentorio necârunt. Illuceſcente die expoſitum publico cadaver eſt indignantiumque contumeliis. Galba audita in itinere Nymphidii morte in ſocios ejus cæde graſſatus eſt; in quibus & Mithridates Ponticus ludibrii ſui pretium tulit, & Cingonius Varro orationis author. Cum urbi appropin-

pinquaret ad Pontem Milvium obtulerunt ſe claſſiarii, quos Nero ex remigibus juſtos milites fecerat, Galba redire ad priſtinum ſtatum juſſit. Sed cum prævalerent numero, & recuſarent, obſeſſâque utrinque viâ inſuper aquilam & ſigna pertinacius flagitarent, ut per tumultum nec audiretur nec conſpiceretur à populo Princeps, neque rejici ſe paterentur in tempus commodius, putantes negari quod differretur, frementes ſeditioſe & incondito clamore progredientem ſequebantur. Erant & qui ſtrictô ferro vim minarentur, ſi mitiora non valerent. Galba immiſſô equite disjecit, ſeptem eorum millia cecîdit, inermes cum eſſent, reliquos decimavit, & in vincula conjecit, quos tamen ſuo malo libertati mox reddidit.

Galba ergo majore favore & autoritate adeptus eſt quàm geſſit imperium;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

rium;quanquam multa documen-
egregii Principis daret, ſed ne-
iaquam tam grata erant, quàm
viſa quæ ſecus fierent. Omnes in-
ſtè in exilium à Nerone miſſos,
juſcunque ordinis, cum liberis,
liquâ clementiæ famâ, reſtituit Pa-
riæ, & dignitati, non bonis. Petro-
ium vero Turpilianum, & ſenem
& Conſularem, inauditum interfici
uſſit, non aliô crimine objecto, quàm
uod fidus Neroni exſtitiſſet, neque
e proditoribus ejus miſcuiſſet. Elius,
olycletus, Locuſta, Patrobius, Pe-
inus, & iſtius farinæ plures, læto
pectaculo in vinculis per urbem tra-
cti, publicéque necati, quaſi Nero-
neæ nequitiæ peſſima inſtrumenta;
eorum principe Tigellino, fœdiſſimâ
impunitate, per Galbam ſalvo. Et
quanquam in theatris publiciſque
conventibus, omnis populi voce ad
necem depoſceretur, quaſi Diis lau-
tius ſacrum fieri non poſſet, quàm ſi
ille

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ille piacularis victima odio civium, quo juſtiſſime laborabat, immolaretur, tamen pecunia prævaluit apud Vinium, Viniuſque apud Galbam, ut non indigniſſima modo defenſione mortis periculum eluderet, ſed & edicto populus increparetur. Tigellinus redempta ſalute lætus, ſumptuosô epulô ſoteria ſua celebravit, Viniuſque conſurgens à Galbæ cœnâ interfuit cum Criſpina filia, cui per honoris ſpeciem Tigellinus dedit decies millies ſeſtertium, id eſt, octies mille libras Anglicas *cum gemmis & quicquid in aureo colli ornatu habuerat amicorum intimus, tum quoque in menſa præſens, æſtimatum ſexcentis millibus ſeſtertium, id eſt,* fere quinquies mille libris Anglicis. *Quin & Halotum ex omnibus Neronis emiſſariis maleficentiſſimum præſtitit incolumem Galba, & procuratione inſuper ampliſſima ornavit. Iam vero ordinibus prope uni-*

univerſis inviſum reddidit avaritia & ſordes, vitium etſi familiare ſenibus, tamen in Principe exoſum quam maxime, in novo quoque periculoſum. Choraulæ mirè placenti denarios quinque, id eſt, tres ſolidos Anglicos *donavit, prolatos manu ſua è peculiaribus loculis ſuis. Ordinario diſpenſatori breviarium rationum offerenti paropſidem leguminis pro ſedulitate ac diligentia porrexit. Sed inprimis præcipitavit res ejus ſævitia in milites, quibus cum donativum ſolito grandius præfecti pronunciâſſent, atque illi peterent ſaltem intra conſuetum, prorſus abnuit, addiditque* legi à ſe militem, non emi. *Vox principe forti digna & meliori ævô, ſed & tempori & ipſi incongrua, fide quotidianis corruptionibus obnoxiâ, cum trium arbitrio regeretur, quos* pædagogos *vulgo vocabant, Vinii, Laconis intimæ admiſſionis, & Iceli li-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

berti. Privatis hominibus ſufficit ad juſtitiæ laudem, ſi noxa in alios abſtineant; Principi curandum ne cuiquam ex ſuis id liceat; niſi ad primam occaſionem omnium culpis, velut à ſe admiſſis, damnari velit. Quid refert qua parte ingruat iniquum molientis inſolentia, ſi damnum præſto ſit? Sic Galba cum nomen ejus inſcii prætexeretur multis injuriis, quod tamen graſſanti licentiæ non obſtitit, ut par erat, fugerentque illum, quorum ignorantia in vitio, autoritate jam nullâ, gradum ſtruxit exitio ſuo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

HENRICI SAVILII

NOTÆ

In libros

HISTORIARVM C. TACITI.

N*Am poſt conditam Vrbem*] Tacit. Annal. 1. *Veteris Reipubl. proſpera vel adverſa claris ſcriptoribus memorata ſunt: temporibuſque Auguſti dicendis non defuêre decora ingenia, donec gliſcente adulatione deterrerentur.* Anno V. C. 822.

Pacis interfuit] Tacit. 1. Ann. *Non alius diſcordantis Patriæ remedium fuiſſe quàm ut ab uno regeretur.*

Mox libidine aſſentandi] *Tiberii, Cajique & Claudii ac Neronis res, florentibus ipſis ob metum falſæ, poſtquam occiderant, recentibus odiis compoſitæ ſunt.* Tacit. 1. Ann.

Servius Galba iterum] Cornelius Tacitus, quem Vopiſcus appellat *Scriptorem hiſtoriæ Auguſtæ*, duo hiſtoriarum volumina ſcripſit. Alterum au-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſpicatur ab exceſſu Auguſti, ut palam eſt, ad Calendas Ianuarias paulò poſt mortem Neronis, complexus tempora Tiberii, Caii, Claudii & Neronis & magnam partem Principatus Galbæ. Alterum exorſus à Calendis jam dictis extendit in mortem Domitiani. Quatuor priores libri voluminis ultimi (ſi ratio temporis habeatur, non conſideratô ſcriptionis ordine) res geſtas continent unius tantùm anni & aliquot inſuper menſium à principio Ianuarii, cum Galba & Vinius conſulatum inibant, anno *ab Vrbe condita* 822. ex Taciti Chronologia, aut potius eâ quam totius, ut tunc erat, imperii conſenſus præſtat, *Claudio Cæſare quartum, Vitellio tertium Coſſ.* ut ipſe ſcribit 11. Annal. exacte duobus, & viginti annis ante Galbam & Vinium, *ludi ſeculares octingenteſimo poſt Romam conditam anno ſpectati ſunt.* Quæ temporis obſervatio excedit uno anno faſtos Capitolinos (ut vocant) conſentitque accuratè cum ea, quam [a] Varro, [b] Cicero, [c] Plinius & [d] Dio inſtituunt, ratione. Iam vero quanquam Principis majeſtas & miniſtri dignitas videantur ex earum rerum genere quæ non bene con-

[a] Cenſorin. c. 21.
[b] Bruto.
[c] l.8.c.7.
[d] l.40. l. 52. l. 60.

conveniunt nec in una morantur ſede, non repugnabat tamen iſtius ævi conſuetudo, res diſſociabiles miſcentis, quin primo, cum Princeps Imperio admoveretur, anno, ex more, ſæpe & ex libitu, in Conſulatu ſe collegam faceret. Rationem reddit Appianus I. Ἐμφυλ. Σύλλας καίπερ ὢν Δικτάτωρ εἰς ὑπόκρισιν ὅμως καὶ σχῆμα δημοκρατικῆς ἀρχῆς ὑπέστη καὶ ὕπατος αὖθις γενέσθαι σὺν Μετέλλῳ τῷ εὐσεβεῖ, καὶ ἀπὸ τοῦδε ἴσως ἔτι νῦν οἱ Ῥωμαίων βασιλέες ὑπάτους ἀποφαίνοντες τῇ πατρίδι, ἔστιν ὅτε καὶ ἑαυτοὺς ἀποδεικνύουσιν, ἐν καλῷ τιθέμενοι μετὰ τῆς μεγίστης ἀρχῆς καὶ ὑπατεῦσαι. id eſt: *Sylla quamvis Dictator collegam tamen ſe dari paſſus eſt Conſuli Metello Pio, ut Democratici regiminis ſpecies ſupereſſet. Et inde fortaſſis in hoc uſque tempus manavit mos, quo Romani Imperatores, cum reipub. Conſules crearent, ſæpe etiam ſe Conſules fecerint, non aſpernati junxiſſe Conſulis titulum Principali faſtigio.* Primus autem Galbæ Conſulatus incidit in quartum [e] qui Tiberii mortem præceſsit, annum, quo Liviæ Auguſtæ favor eum extulit, ut Plutarchus in Galba memorat; Λιβίας παρασχούσης ὕπατος ἐκ παλαιοῦ προσῆλθεν.

[e] Tacit. 6. Ann.

θεν. id eſt : *Livia procurante Conſul palatio egreſſus eſt*. Errat hîc,meo quidem judicio, cum illa quadriennio ante obiiſſet ; inviſa filio,& magis quotquot ejus ope dignitates ambiebant. Tacit. 5.Annal.*Quin & parte ejuſdem epiſtolæ increpuit Tiberius amicitias muliebres , Fuſium Conſulem obliquè perſtringens : is gratia Auguſtæ floruerat, aptus alliciendis fœminarum animis, &c.* Neque in more poſitum Tiberio fuit in longum ſucceſſores dignitatibus deſtinare.

Multi doctores] intelligit præcipuè, ut opinor , Livium , (quanquam latiùs ſe extendat ejus hiſtoria) cujus eloquentiam & fidem, qui circumferuntur libri,teſtantur. Tacit.4. Annal. in oratione Cremutii Cordi. *Titus Livius eloquentiæ ac fidei præclarus inprimis Cn.Pompejum tantis laudibus tulit,ut Pompejanum eum Auguſtus appellârit , neque id amicitiæ eorum offecit . Scipionem, Afranium, hunc ipſum Caſſium nuſquam latrones & parricidas, quæ nunc vocabula imponuntur , ſæpe ut inſignes viros nominat.*

Inſcitia reip. ut alienæ] *Aliena ignorantur* aut quod ab eorum cognitione
ſub-

ſubmovemur, aut quod incurioſos non excitat ſciendi deſiderium. Prius illud hic locum habere videtur. Nam cum antea quicquid ubique terrarum gereretur, populo Romano & Senatu arbitro fieret, nunc publica maximi momenti negotia, velut fidei ſuæ arcano ſepoſita, invaſerat paucorum libido. Dio. l. 53. τὰ μὲν πλείω κρύφα, καὶ δι' ἀπορρήτων γίγνεσθαι ἤρξατο, περὶ ὧν τὸ μὲν σαφὲς οὐδεὶς οἶδε ῥαδίως καὶ ἔξω τῶν πραττόντων αὐτά. id eſt: *Complura agitari clam cœperant, ſecluſis à cognitione aliis prater eos in quorum manus illa devenerant.*

Principatum Divi Nervæ & imperium Trajani] Senatus Cæſarum nonnullis templum & cæleſtes honores conceſſit & titulum Divi, aut ob merita aut importunas Succeſſorum flagitationes. Neque hæc Principibus tantum indulta, ſed & uxoribus, matribus, imò & filiis, ut hiſtorias legentibus obvium. App. 2. ἐμφυλ. καὶ νῦν ἐξ ἐκείνου πρώτου (agit autem de Divo Iulio) ῥωμαῖοι τὸν ἑκάστοτε τὴν ἀρχὴν τήνδε ἄρχοντα, ἢν μὴ τύχῃ τυραννικὸς ἢ ἐπίμεμπτος ὤν, ἀποθανόντα ἀξιοῦσι τιμῶν ἰσοθέων. id eſt: *A Iulio Caſare omnes porrò*

Imperatores, niſi aut [f] *tyranni fuiſſent aut prorſus mali, Romani poſt mortem divinis afficiebant honoribus. Nam Deûm honor Principi non ante habetur quàm agere inter homines deſierit.* Tacit. l. 15. Annal. Ideoque Trajanum, adhuc tum in vivis, ſimpliciter nominat; non additâ honoris ſignificatione; alium jam mortalibus exemptum, Divum Nervam. Sollennia hujus ἀποθεώσεως [g] quaſi dicat, Deificationis, cum uſu recepta ſint quibuſdam noſtro tempore gentibus, deſcribam ex Herodiano (lib. 4.) & aliis; ſaltem quoad præcipua ejus membra. Poſt exequias Principis magnifico & ſumptuoſo funeris apparatu, ut in aliis hominibus ex dignitate cujuſque fieri ſolebat, ceream imaginem in defuncti ſimilitudinem effingebant, ſed pallidam & exſanguem ut ægrum imitaretur. Illa [h] ad pala-

f Vt ex duodecim primis Cæſaribus quinque tantũ, Iulius ſcilicet, Auguſtus, Claudius, Veſpaſianus & Titus in hunc Divorũ numerũ relati, ſeptẽ reliqui, utpote τυραννικοὶ ἢ ἀπίμεμπτοι caruerunt hac honoris prærogativâ.

g Quam falsè tangit Lucanus l. 7.

Cladis tamen hujus habemus
Vindictam, quantam terris dare Numina fas eſt:
Bella pares Superis facient civilia Divos,
Fulminibus Manes, radiiſque ornabit & aſtris,
Inque Deûm templis jurabit Roma per Vmbras.

h Noſtro tempore poſt mortem Caroli ultimi Galliarum Regis, imago ejus in lecto ſumptuoſe adornato locabatur, veſte triumphali, corona & ordinis inſignibus ornata, cui per quadraginta dies in prandio & cæna tempore conſueto obſervatiſque ſolennibus miniſtrabatur; omnibus Cardinalibus, Prælatis, Principibus, Nobilibus, & qui aliquem dignitatis locum in aula tenebant, ſplendidiſſimi apparatus pompam ſic illuſtrantibus, ut in vita major conſpecta non fuerit.

palatii ingreſſum collocabatur in eburneo [i] lecto, aureâ veſte conſtrato. Adſtabat Senatus & ex cæteris ordinibus alii pullati. Viſebant quotidie Medici, venæ momenta exploraturi, morbique examen ad collegium ſuum referebant. Abituri renuntiabant ex decreto facultatis ſuæ quomodo morbus quotidie ingraveſceret, vixque ſupereſſe ſalutis ſpem. In exitu diei [k] ſeptimi arbitrabantur, atque ex artis fiducia affirmabant fatalem eſſe criſin quæque ægrum jam confeciſſet. Ex Senatu ergo quidam ac præcipuâ nobilitate in hunc finem collecti ſublatum in humeros lectum deportabant via ſacra ad forum, ubi agmen juniorum Nobilium, qui gloriâ & celebritate gentis præfulgebant, ab una parte virgineſque ab altera, reſpondentes ſibi invicem hymnos occinebant in honorem defuncti Principis, ſollenni & attemperato mortualibus ſono, permixto alludentis Muſicæ non uno artificio, ut totius ceremoniæ inſtituto nihil prorſus tribueres præter inerrantem mœrori [l] lætitiam; quod Seneca

[i] Xiphilinus alia quædam notat quibus caret hæc deſcriptio.

[k] Toto eo tempore, ait Xiphilinus, adſtabat aulicus miniſter qui ventilabro ex pavonum plumis contexto muſcas depelleret velut à dormientis facie.

[l] Herodian. l. 4. μεμιγμένον τι πένθος ἑορτῇ καὶ θρησκείᾳ. Dio. l. 56. *in Epitaphio Augusti* οὐκ οὖν οὐδὲ πενθεῖν αὐτὸν ἡμῖν πρέπει, ἀλλὰ τὴν ψυχὴν, ὡς καὶ θεοῦ, ἀεὶ ἀγάλλειν.

ἀποκολοκυντώσει, id eſt, in conſecratione Claudii docet. *Et erat omnium formoſiſſimum* (funus Claudii) *& impenſa cura plenum, ut ſcires Deum efferri, tibicinum, cornicinum, omnisque generis aneatorum tanta turba, tantus conventus, ut etiam Claudius audire poſſet.* Poſtea lectus deferebatur in Campum Martium extra urbem, ubi exſtructa erat quadrata turris ex aſſeribus, infima parte latiori, altitudine mediocri, ut ligni quantum ſatis caperet, exterius circumtecta aureis veſtibus, imaginum & picturarum ſpecioſiſſimè elaborato cultu. Iſti turri inædificabatur turricula, quoad formam & ornamenta quibus prætexebatur, priori ſimilis, ſed magnitudine impar, apertis & januis & feneſtris, (cadaveris loculamentum) quò aromata & toto orbe quæſiti odores congerebantur, creſcente in tertiam & quartam ulteriuſque, turricularum numero, ſed faſtigii ſenſim latitudine decreſcente; ut tota fabrica pharum aut excubitoriam ſpeculam, quæ de nocte allucet, referret. Omnibus in hunc modum compoſitis, Nobiles locum obequitabant, admoderatô ad certas leges

pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

progreſſu. Sequebantur alii lecticis intectis, habitu qui gravitatem decet, facie larvas bonorum Principum geſtantes aliorumque, quos priſca celebrâſſet ætas. Ceremoniis huc uſque peractis ſucceſſor Principis defuncti primus arrepta face ad rogum ſe confert, poſt illum tota eò confluit multitudo. Succenſo rogo, emittebatur ex ſummæ turriculæ faſtigio [m] aquila, quæ animam in cælum ſubveheret. Cum autem de hoc non dubitarent, poſtea cœlitibus inſertum Romani divinis coluerunt honoribus. Sed, quod plane mihi exciderat, ante conſecrationem uſu receptum fuit, ut nobilium aliquis ad extremum jurejurando divinitatem ejus aſſereret. Suetonius Auguſto: *Nec defuit vir Prætorius, qui ſe effigiem cremati* (Auguſti) *euntem in cælum vidiſſe jurâſſet.* Idem de Druſilla Caji ſorore Livius Geminius Senator affirmabat. Dio. l. 54. Λιούιός τέ τις Γημίνιος βουλευτὴς ἔς τε τὸν οὐρανὸν αὐτὴν ἀναβαίνουσαν, καὶ τοῖς θεοῖς συγγινομένην ἑωρακέναι ὤμοσεν, ἐξώλειαν ἑαυτῷ καὶ τοῖς παισὶν, εἰ ψεύδοιτο, ἐπαρασάμενος, τῇ τε τῶν ἄλλων θεῶν ἐπιμαρτυρίᾳ, καὶ τῇ ἑαυτῆς ἐκείνης; ἐφ' ᾧ πέντε

[m] Dio. l. 56. *in funere Auguſti* καὶ τότε δᾳδας ἑκατόνταρχοι λαβόντες, ὑφῆψαν αὐτὴν (τὴν πύραν) καὶ ἡ μὲν ἀνηλίσκετο, ἀετὸς δέ τις ἐξ αὐτῆς ἀφεθεὶς ἀνίπτατο, ὡς καὶ δὴ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐς τὸν οὐρανὸν ἀναφέρων.

καὶ εἴκοσι μυριάδας ἔλαβε. id eſt: *Quidam Livius Geminius Senator jurabat vidiſſe ſe Druſillam adſcendentem in cœlum Deorumque cœtibus immixtam, diris ſe devovens liberoſque ſuos niſi vera diceret, Deorum aliis teſtibus invocatis, & inprimis illa de cujus divinitate agebat; & dono ob id accepit decem millia ſeſtertiûm*; quæ ſumma conficit noſtratis pecuniæ 7812 libb. 10. ſolidos ſterlingos. Cujus aſſertioni, lauto licet penſaretur honorario, non eò tamen melius habita fides. Seneca ἀποκολοκυντώσει: *Poſtquam in Senatu juravit ſe Druſillam vidiſſe aſcendentem cœlum, & illi pro tam bono nuncio nemo credidit, quod viderit, verbis conceptis affirmavit, ſe non indicaturum, etiamſi in medio foro hominem vidiſſet occiſum.* Illud juramenti inſtitutum manâſſe in uſum videtur authore Iulio Proculo, qui Romuli ſic divinitatem aſtruxit, quem Senatus obtruncavit & Deum fecit; omninoque illa videntur fuiſſe hujus conſecrationis primordia, quæ Romanis auxit Deorum numerum. Tullius ſic quoque de filia Tulliola ſenſit, ut ex epiſtolis ad Atticum apparet, ſed ad reip. turbas facilè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

cilè evanuit imaginariæ Deitatis opinio. Iſta conſuetudo per C. Cæſaris, Auguſti, Claudii, Veſpaſiani, Titi deſcendens tempora, vixque interruptionem paſſa, tam diu invaluit, ut etiam Chriſtiani Imperatores ſic monumentis conſecrârint ſuos genitores & anteceſſores. Et ſic bonorum Principum decorabantur exequiæ malos ex meritis proſecuta eſt Senatus authoritas, *ut nomen faſtis eximeretur, ut ſtatuæ dejicerentur, ut corpus unco traheretur in Tiberim, &c.*

Pace ſævum] ſpectantur hîc inprimis Domitiani tempora.

Quatuor principes] Galba, Otho, Vitellius, Domitianus.

Tria bella civilia] primum Othonis & Vitellii, ſecundum Vitellii & Veſpaſiani, tertium L. Antonii in Domitianum.

Nobilitatus mutuis cladibus Dacus] verba ſignificare videntur civiles diſſenſiones, aut τὸ *mutuis* ſumendum pro *alternis.*

Hauſtæ urbes] *hauſtæ* ſcil. *flammis*; aut in genere ἀφανισθεῖσαι, everſæ quocunque tandem modo.

Nobilitas, opes, pro crimine] πᾶσι τε

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

γὰρ παρ' αὐτῷ δημόσιον ἔγκλημα ἦν ἀρε-τή τε καὶ πλοῦτος, καὶ γένος, ſcribit Xiphilinus de Nerone, cui in omni crudelitatis genere velut ſuppar Domitianus.

Ac plerumque permixta] Aut fortaſſis unum utriuſque participabat, ut in exercitu Antonii Primi cum expugnaret Cremonam, *cui cives, ſocii, externi intereſſent*. Tacit.. hiſtor. Et eodem libro; *Principes Sarmatarum Iaſygum in commilitium adſciti, trahuntur in partes Sido atque Italicus reges Suevorum*. Adeo ut hæc bella, quæque iis paria, etſi, reſpectu ducum, civilia eſſent, externorum tamen auxiliorum reſpectu poſſint vocari *permixta*.

Turbatum Illyricum] ut tempore Othonis per *Roxolanos*. Tacit. hoc primo libro. Vitellii per *Dacos*. Tacit. 3. hiſtor. Veſpaſiani per *Sarmatas*. Ioſ. ἁλωσ. 7. c. 12. Et in univerſum laceſſiti iſtarum gentium irruptionibus Romani ſub Domitiano. *Tacitus in vita Agricolæ*.

Britannia perdomita: & ſtatim miſſa cohorte in Sarmatarum ac Suevorum gentes] Vir doctus ſic corrigit hunc

nunc locum, qui procul dubio corruptus eſt, *perdomita Britannia ac ſtatim amiſſa: coortæ Sarmatarum ac Suevorum gentes. Perdomita Britannia* intelligitur à Iulio Agricola tempore Domitiani. Tacit. *in vita Agricolæ:* Quia tum demum perdomita eſt Britannia: jam amitti debuit ſub eodem Domitiano (ille enim temporis ambitus eſt quem hæc non excedit Hiſtoria) quod nec ullo hiſtoriarum teſtimonio, imò nec levi conjectura adſtrui poteſt. Tacitus in vita Agricolæ, quam ſub Trajano ſcribebat, *ea inſecuta ſunt,* inquit, *Reipublicæ tempora, quæ ſileri Agricolam non ſinerent: tot exercitus in Mœſia Daciaque, & Germania Pannoniaque, temeritate aut per ignaviam ducum amiſſi: tot militares viri cum tot cohortibus expugnati & capti: nec jam de limite imperii & ripa, ſed de hibernis legionum & poſſeſſione dubitatum.* Amiſſæ Britanniæ, ſi res ſic habuiſſet, mentio fieri potuiſſet hoc loco melius quàm ullius ex iis, quas recenſere potuiſſet, calamitatibus. Sed Agricola [n] Provinciam illam reliquerat pacatam, ſic procul dubio habitam toto, quo Domitianus vixit,

[n] *Tradiderat interim Agricola ſucceſſori ſuo provinciam quietam tutamque.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

xit, tempore. Nam quod ſub Adriano accidit (in tantum diſtans ab eo ut amiſsio Provinciæ vocari poſſet, ut aliqua modo diſſenſio eſſet) cum ſit extra hujus hiſtoriæ circuitum, &, ut veriſimile eſt, ultra ſcriptoris vitam extendatur, facile inducor ut credam non fuiſſe authori propoſitum, iſti rei hic locum dare. magis fuerit ex Hiſtoriarum fide, & cum minima veteris lectionis mutatione hæc emendatio: *Britannia perdomita & ſtatim miſſa* (*id eſt*, miſſa facta ἀφειμένη, aut partim miſſa) *coortæ Sarmatarum ac Suevorum gentes*, ut ſignificet totam quidem domitam, ſed non totam retentam. App. τῆς Βρεττανίδος νήσου, inquit, τὸ κράτιστον ἔχουσιν ὑπὲρ ἥμισυ (οἱ Ῥωμαῖοι) οὐδὲν τῆς ἄλλης δεόμενοι. οὐ γὰρ εὔφορος αὐτοῖς ἐστιν οὐδὲ ἣν ἔχουσι, id eſt, *optimam inſulæ Britanniæ partem, quæ dimidium totius excedebat, tenebant Romani, nullô reliquæ partis deſideriô, cum ne illa quidem, quam tenerent, ſatis foret utilis.*

Falſi Neronis imperio] Evenerunt hæc Titi temporibus. Zonaras tom. 2. ἐπὶ τούτου καὶ ὁ ψευδονέρων ἐφάνη, ὃς Ἀσιανὸς ἦν, ἐκαλεῖτο δὲ Τερέντιος Μάξιμος,

ος, προσεοικὼς δὲ τῷ Νέρωνι καὶ τὸ εἶ-
δος καὶ τὴν φωνήν. καὶ γὰρ καὶ ἐκιθαρῴδει,
τε τῆς Ἀσίας τινὰς προσεποιήσατο. καὶ ἐπὶ
ὸν Εὐφράτην προχωρῶν πολλῷ πλείους
υνηρτήσατο. καὶ τέλος πρὸς Ἀρτάβανον τὸν
Πάρθων κατέφυγεν ἀρχηγὸν, ὃς καὶ δι' ὀρ-
ῆς τὸν Τίτον ποιούμενος, ἐδέξατο τοῦτον
καὶ καταγαγεῖν εἰς ῥώμην παρεσκευάζετο.
. eſt: *Temporibus Titi quidam ſumpto
Neronis nomine prodiit, ſuo Terentius
Maximus Aſiaticus, vultu & voce
Neronem referens & peritia citharam
ulſandi. Ille in Aſia quorundam in ſe
udia excitaverat, & ad Euphratem
rofectus multo plures in factionem
uam traxerat. Tandem ad Artaba-
um Perſarum regem fugit, qui Tito of-
enſus eum accepit & Romam deducere
arabat.* Suetonius *Nerone* ad Domi-
iani tempora referre videtur. *Quum
oſt viginti annos* (poſt mortem Ne-
onis) inquit, *adoleſcente me extitiſſet
onditionis incertæ, qui ſe Neronem eſſe
actaret, tam favorabile nomen ejus
pud Parthos fuit, ut vehementer ad-
utus, & vix redditus ſit.* Tacit. 2. hiſt.
& Dionis epitomæ alius memoratur,
qui tempore Othonis in Cythno inſula
à Calpurnio Aſprenate victus eſt.

Fæ-

Fœcundiſſima Campaniæ ora & Vrbs incendiis vaſtata] Suet. Tit.c. 8. *quædam ſub eo fortuita ac triſtia acciderunt, ut conflagratio Veſuvii montis in Campania, & incendium Romæ per triduum, totidemque noctes.* Xiphilinus abbreviator Dionis hoc Veſuvii incendium prolixè deſcribit additis circumſtantiis & prodigiis; ex quibus hoc unum, ſparſos ejaculante flammarum vi per Africam, Aſiam, & Ægyptum cineres. εἰσῆλθε δὲ καὶ εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ τὸν ἀέρα ὑπὲρ αὐτῆς ἐπλήρωσε, καὶ τὸν ἥλιον ἐπεσκίασε. id eſt: *Romam uſque ſe diffudit, aërem ejus opplevit, ſolemque obſcuravit.* Plinius Secundus l.6.ep.16. ad Tacitum, dum in deſcribenda Patrui morte verſatur, qui fumo cineribuſque ſuffocantibus periit, eadem narrat. Sequentium Imperatorum temporibus mons idem tantam eructavit ignium vim, ut disjectis Conſtantinopolim uſque cineribus incolæ exſtinguerentur; ſi non laborat Hiſtoriarum fides. Romæ autem conflagrantis caſum fuſâ deſcriptione Xiphilinus proſequitur. πῦρ δὲ δὴ ἕτερον τῷ ἑξῆς ἔτει πολλὰ πάνυ τῆς Ῥώμης ἐπενείματο καὶ γὰρ τὸ Σεραπεῖον καὶ τὸ Ἰσεῖον, τάτε σεπτὰ, καὶ τὸ Ποσειδώνειον,

βαλανεῖον τὸ τοῦ Ἀγρίππου, καὶ τὸ Πάν-
ον, τό τε διριβιτώριον, καὶ τὸ τοῦ Βάλβου
τρον, καὶ τὴν τοῦ Πομπηΐου σκηνὴν, καὶ τὰ
ουΐα οἰκήματα μετὰ τῶν βιβλίων, τόν τε
τοῦ Διὸς τοῦ Καπιτωλίνου μετὰ τῶν συννάων
ῶν κατέκαυσεν. id eſt: *Sequenti poſt*
uvii incendium anno aliud Romæ
itit quod plurima vaſtavit. Con-
ravit enim Serapidis & Iſidis tem-
m, loca quæ Septa vocantur, tem-
m Neptuni, balneum Agrippæ, Pan-
on, Diribitorium, Octavii ſtructu-
cum libris, inſuper templum Iovis
pitolini cum vicinis aliorum Deo-
n templis.

Plenum exiliis mare] *mare pro in-*
is. Sic Tacitus 4. Annal. *Seriphum*
cat *ſaxum Seriphium*, per contem-
m; iſtius enim generis pleræque
nt inſulæ, in quas relegati ibant. In-
æ deportationi aſſignatæ erant *Pan-*
teria, Planaſia, Cercina, Seriphus,
arus, Cythera, Amorgus, Donuſa,
merus, Baleares, Sardinia, Naxus,
fortaſſis aliæ.

Infecti cædibus ſcopuli] *relegati in*
ulam plerumque ſecunda juſsione
omovebantur in paludes aut pro-
ontoria, ſic clandeſtinis cædibus per-
ituri.

ituri. Aut forte τὸ *ſcopuli* hic ſumitu pro *inſulis*, ut anteà *mare*.

Honores omiſſi] Xiphilinus *Dom tiano* Herennii Senecionis meminit quem Domitianus interemit, quod po Quæſturam ° reliquo vitæ tempore a majores dignitates non adſpirâſſet. T citus in vita Agricolæ. *Salarium t men Proconſulari ſolitum offerri, quibuſdam à ſeipſo conceſſum Agrico non dedit* (Domitianus) *ſive offenſ non petitum, ſive &c.*

° ὅτι ȣ̓δεμίαν ἀρχὴν ἐν πολλῷ βίῳ μετὰ τὴν ταμείαν ᾔτηκεν. Sed ipſe Tacitus ubi præfatur Agricolæ, aliam reddit rationem, quod nempe edito libro laudâſſet Helvidium Priſcum.

Vt ſpolia adepti] tempore Tiber cum proditionis accuſatus eſſet Lib Druſus, *bona damnati inter accuſat res dividebantur, & Prætura extra o dinem data iis qui Senatorii ordinis rant.* Tacit. 2. Annal. rurſus 3. An nal. *Hunc* (Titium Sabinum) *Latini Latiaris, Portius Cato, Petilius Rufu M. Opſius prætura functi aggrediunt cupidine, Conſulatus*; deſcribens no illud quod hæc narratio deſignat, tem pus, ſed actiones per omnia huic tem pori ſimiles; alios potius homine quàm alios hominum mores.

Procurationes] *Procurator*, inqu Cicero pro Cæcina, *dicitur is, qui o mnium rerum ejus, qui in Italia no*

ſi

, abſitve Reip. cauſa, quaſi quidam ne dominus eſt, hoc eſt, alieni juris icarius. Appianus vertit ὁ τῶν ἀποδη-ίων ἐπιτροπεύων. Ex generali vocis ius ſignificatione poſtea in uſum ve-t ſpecialis, quâ notat eos, qui in ſin-ılas deſtinabantur Provincias (præter æſides aut legatos) ut rationarii, aut ıblicos reditus collecturi. Dio. l. 53. πιτρόπους ὀνομάζομεν τούς τε κοινὰς προ-όδους ἐκλέγοντας, καὶ προστεταγμένα σφί-ν ἀναλίσκοντας, id eſt, *Procuratores vo-ımus eos qui recipiunt atque ex offi-o expendunt publicos reditus.* Tacitus ı *vita Agricolæ* introducit querentes ritannos *Singulos ſibi olim reges fuiſ-, nunc binos imponi, è quibus legatus ı ſanguinem, procurator in bona ſæ-iret.* Fuit [p] autem non tam digni-s, quàm privatis obeuntium commo-s indulta poteſtas, Romanis nobili-ıs delegari ſolita, aut Principum li-ertis; in genere, ſpectatiſsimæ fidei iniſtris. Atque hæc muneris origo. ecundariò admovebantur explorandis egatorum actis; quandoque & ipſis ecandis ex ſpeciali mandato immitte-ban-

[p] Tacit. 16. Annal. *Mella petitione honorum abſtinuerat per ambitionem præpoſteram, ut eques Romanus Conſularibus potentia æquaretur, ſimul acquirendæ pecuniæ, per procurationes adminiſtrandis Principis negotiis brevius iter credebat.*

bantur. Erat & cum minores provincias obtinerent præfecti cum juriſdictione, vocati tum *Procuratores cum poteſtate* aut *vicepræſides*. Tacit. hoc libro; *Duæ Mauritaniæ, Rhætia, Noricum, Thracia, & quæ alia procuratoribus cohibentur, ut cuique exercitui vicinæ, ita &c.* A Claudio inprimis plurimum huic officio authoritatis acceſsit, cujus, ait Tacitus 12. Annal. *ſæpius audita vox eſt, parem vim rerum habendam à procuratoribus ſuis judicatarum, ac ſi ipſe ſtatuiſſet. Ac ne fortuitò prolapſus videretur, Senatus quoque conſulto cautum, plenius quàm antea & uberius.* Et Tiberio imperante Pontius Pilatus, ſub quo Chriſtus paſſus eſt, Procurator tantùm erat, non legatus aut præſes. Tacitus 25. Annal. *Autor nominis ejus Chriſtus, qui Tiberio imperitante, per Procuratorem Pontium Pilatum ſupplicio affectus erat.*

Interiorem potentiam] Illâ apud Auguſtum Mœcenas & Saluſtius Priſcus valuit, qui, narrante Tacito Annal. 3. *Quanquam prompto ad capeſſendos honores aditu, Mecœnatem æmulatus, ſine dignitate Senatoria multos trium-*

pha-

halium, conſulariumque potentia an-
eiit, incolumi Mecœnate proximus,
ox primus, cui ſecreta Imperatorum
niterentur. Breviter, qui per ambi-
onem ad honores quidem non enite-
antur, ſed principibus grati placidè
oderandis eorum conſiliis ſe ingere-
ant, ex illis quos Interioris admiſſio-
is appellant.

Corrupti in Dominos ſervi] olim
x Senatusconſulto ſervus *in caput*
omini torqueri non poterat. *Sed Ti-*
erius, ut Tacitus ſcribit 2 Annal.
allidus & novi juris repertor, man-
ipari ſingulos actori publico jubet:
ilicet ut in dominum ex ſervis ſalvo
enatusconſulto quæreretur. Poſtea
rvorum indicia, non expreſſa tor-
nentis, habita in teſtimoniis exce-
ione majoribus, neque luculenta ab-
it merces. Tacit. 16. Annal. in accu-
tione Petronii, *corrupto ad indicium*
rvo.

Non eſſe curæ Diis ſecuritatem) Cæ-
r Titus expulſis delatoribus, *ingenti*
nimo ſecuritati noſtræ ultionique pro-
exerat, ideoque Numinibus æquatus
ſt, ait Plinius in Panegyrico, gemina
eorum beneficia ſpectans, quod &
noci-

nocitura propulſent, & læſos ulciſcantur; magis religioſè, quam æqualis q ejus Tacitus hoc & aliis quibuſdam locis ſentire de illis videtur. 14. Annal. *Prodigia quoque crebra & irrita interceſsêre. Anguem enixa mulier, & alia in concubitu mariti fulmine exanimata: jam ſol repente obſcuratus, & tactæ de cœlo quatuordecim urbis regiones. quæ adeo ſine cura Deûm veniebant, ut multos poſt annos Nero imperium & ſcelera continuaverit.* Annal. 16. *Exutus omnibus fortunis, & in exilium actus* (Caſſius Aſclepiodorus) *æquitate Deûm erga bona malaque documenta.* Et tamen alibi excidere ſibi ea patitur, unde tangi ſacrorum curâ judicetur, ſuſpenſus velut & ſententia ancipiti medius inter diſſolutam Polybii hac in parte negligentiam, & ſuperſtitioſam Livii anxiéque operoſam diligentiam; qui Romanæ hiſtoriæ Principes.

q Lucan. l. 4. *Felix Roma quidem, civeſque habitura beatos, Si libertatis ſuperis tam cura placeret, quam vindicta placet.*

Vt non modo caſus eventuſque) Hiſtoriæ laudem abſolvit non caſuum eventuumque narratio, ſed quibus ſingula cauſis geſta ſint, quibus ignoratis frugem non fecerit lector ex mero actorum diario. οὐχ οὕτως ἐπιφερουλιστέων

in

inquit Polybius, τῆς αὐτῶν τῶν πράξεων ἐξηγήσεως, οὔτε τοῖς γράφουσιν, οὔτε τοῖς ἀναγινώσκουσι τὰς ἱστορίας, ὡς τῶν προτέρων, καὶ τῶν ἅμα, καὶ τῶν ἐπιγινομένων τοῖς ἔργοις. ἱστορίας γὰρ ἐὰν ἀφέλῃ τις, τὸ διὰ τί, καὶ τὸ πῶς, καὶ τίνος χάριν ἐπράχθη· καὶ τὸ πραχθὲν πότερα εὔλογον ἔσχε τὸ τέλος, τὸ καταλειπόμενον αὐτῆς, ἀγώνισμα μὲν, μάθημα δὲ οὐ γίγνεται, καὶ παραυτίκα μὲν τέρπει, πρὸς δὲ τὸ μέλλον οὐδὲν ὠφελεῖ τὸ παράπαν. id eſt: *Nec hiſtorici nec lectoris eſt tam ad rerum geſtarum narrationem attendere, quàm ad præcedentia, concomitantia, & conſequentia. Ex hiſtoria enim ſi tollas cauſam & cur hoc modo ſingula, ac quo prætextu gerantur, & an qualem prima fronte præferebant, habuerint eventum, quod ſupereſt confabulatio eſt, non inſtitutio, in præſens quidem oblectans, ſed nulla in futurum utilitate. Scribere bellum*, ait Sempronius Aſellio apud Gellium l. 5. c. 18. *quo initum Conſule, & quomodo confectum ſit, & quis triumphans introierit, & quæ in eo bello geſta ſint iterare; non prædicari autem interea; quid Senatus decreverit, aut quæ lex rogatione lata ſit, neque quibus conſiliis ea geſta ſint; id*

 fabu-

fabulas pueris eſt narrare, non hiſtorias ſcribere. Nobis non modò ſatis eſſe video quod factum eſſet id pronuntiare; ſed etiam quo conſilio quaque ratione geſta eſſent, demonſtrare. Et Dionyſius Ἀρχαιολογ. ς. τοῖς ἀναγινώσκουσι τὰς ἱστορίας οὐχ ἱκανὸν εἰς ὠφέλειαν, τὸ τέλος αὐτὸ τῶν πραχθέντων ἀκοῦσαι. ἀπαιτεῖ δὲ ἕκαστος καὶ τὰς αἰτίας ἱστορῆσαι τῶν γινομένων καὶ τοὺς τρόπους τῆς πράξεως, καὶ τὰς διανοίας τῶν πραξάντων, καὶ τὰ παρὰ τοῦ δαιμονίου συγκυρέσαντα, καὶ μηδενὸς ἀνήκοος γενέσθαι τῶν πεφυκότων τοῖς πράγμασι παρακολουθεῖν. id eſt; *Præcipua hiſtorias legentium utilitas non eſt ex cognitione eventuum. Sed quiſque ſcire deſiderat rerum geſtarum cauſas, conficiendi modum, & quid gerentibus propoſitum, caſus fortuitos, neque patienter fert ignorantiam ullius quod ad ſummam rei facit.* Sic & 2.lib. Atque illud eſt, unde Theopompus eidem Dionyſio (in fragmentis) tantopere laudatur. τελευταῖον, inquit, ἐστὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ (Θεοπόμπου) καὶ χαρακτηριστικώτατον, ὃ παρ᾽ οὐδενὶ τῶν ἄλλων συγγραφέων οὕτως ἀκριβῶς ἐξείργασται οὔτε τῶν πρεσβυτέρων, οὔτε τῶν νεωτέρων. τί δὲ τοῦτό ἐστι; τὸ καθ᾽ ἑκάστην πρᾶξιν μὴ μόνον τὰ φανερὰ τοῖς πολ-

λοῖς ὁρᾶν καὶ λέγειν, ἀλλ' ἐξετάζειν καὶ τὰς ἀφανεῖς αἰτίας τῶν πράξεων, καὶ τῶν πραξάντων αὐτὰς τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, ἃ μὴ ῥάδια τοῖς πολλοῖς εἰδέναι, καὶ πάντα ἐκκαλύπτειν τὰ μυστήρια τῆς τε δοκούσης ἀρετῆς, καὶ τῆς ἀγνοουμένης κακίας. καί μοι δοκεῖ, ὡς ὁ μυθευόμενος εἶναι τῶν ψυχῶν ἀπολυθεισῶν τοῦ σώματος ἐξετασμὸς ἐπὶ τῶν ἐκεῖ δικαστῶν, οὕτως ἀκριβὴς εἶναι ὁ διὰ τῆς Θεοπόμπου γραφῆς γινόμενος, id eſt, *Vltimum ex iis quæ in eo laudanda, quodque ipſi peculiare ſupra veteres novitioſque hiſtoricos eſt, quod non tantum omnibus obvia deſcribat, ſed & abditas in lucem protrahat cauſas, & excutiat intimos affectus hominum, non omnibus perſpicuos; denique tollat virtutum prætextus & aperiat latentia vitia. Atque illud in Theopompi ſcriptis rerum examen tam anxiè ſollicitéque inſtituitur, quàm apud inferes illud animarum examen in fabulis.* Tacitus hoc loco nobis hiſtoriæ ſcribendæ præformat imaginem ductis velut lineamentis, ubi ſine controverſia regnat; hiſtorici eſſe, explicandis conſiliis & rerum cauſis incumbere. Alio deinde naturali theoremate præit (ſed impari ſucceſſu) quod *eventus plerum-*

que ſunt fortuiti, quorum ſcilicet vel cauſæ nullæ ſunt vel ignotæ. Vero propius abfuerit ſi ſumas in νοημάτων διαιρέσει, id eſt, *notionum diviſione*, ſed in συνθέσει i. *compoſitione*, infelicius ſe expreſſerit, qui ad hæc notionum diſſidia, coaleſcere negantium, haud attendit.

Cæſarum ſacramento imbutus] Tacit. 14. Annal. *Prætorianos toti Cæſarum domui obſtrictos.*

Militari fama celebrata] in illo, quem Suetonius citat, verſu; *Diſce miles militare, Galba eſt, non Gætulicus.* Galb. c.6.

Conſulari] *Anno Vrbis Conditæ* 814.

Dux Neronis] adverſus Galbam. *Zonaras.*

Innocentes perierant] ἔδοξε μὴ νομίμως (ὁ Γάλβας) εἰ καὶ δικαίως μηδὲ δημοτικῶς ἀνῃρηκέναι πρὸ κρίσεως ἄνδρας οὐκ ἀσήμους. Plutarch. in Galba, quaſi loci hujus interpres.

Crimen ac dolum compoſitum ultro] *crimen ac dolum*; alibi *crimen ac mox inſidias*; adeò ut *dolum compoſitum eſſe* ex æquo valere videatur τῷ δολοφονηθῆναι.

Fontejum Capitonem occiſum indignatione

gnabantur] Intelligit eos, meâ quidem ſententiâ, qui proditione infamaverant, aut alioqui in necem ejus conſenſerant.

Reum eſſe] non legitimè aut ordine judiciario, quantum recordor; ἀπεῤῥιμμένον ἀτίμως, ait Plutarchus.

Id ſatis videbatur] aut Galbæ, ut legatus mitteretur, aut militi pronis in electionem ejus ſtudiis, qui tam ſplendidis eſſet natalibus.

Innocentius egerunt] Et in Vitellii tamen partes tranſierunt. *adjuncto Britannico exercitu Vitellius*, &c.

Loco Regum] ὁ μὲν πεμφθεὶς εἰς τὴν Αἴγυπτον τὴν τοῦ βασιλέως τάξιν ἔχει. Strabo l. 17.

Retinere domi] ut cohibente metu externa non reſpectarent auxilia.

Tiberius Alexander] *Tiberius Alexander illuſtris eques Romanus.* Tac. Annal. 15.

Poſt experimentum domini minoris] Minores Principes inclementiæ in ſubditos fama ſequitur; & de Macro ſcribit Plutarchus, ſtrenuè verſatum ἐν ἁρπαγαῖς πραγμάτων, καὶ φόνοις ἀνδρῶν δι' ὠμότητα καὶ πλεονεξίαν.

Duæ Mauritaniæ] *Tingitana & Cæſarienſis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Contactu Valentiorum) Tacit. hoc libro, *facili tranſitu ad proximos & validiores.*

Apud urbanum militem) qui duplex, *Prætorianus & Vrbanus* propriè dictus. Vtrumque genus Tacito hic & alibi continetur nomine *militis Vrbani. Miles Vrbanus longo Cæſarum ſacramento imbutus*; rurſus *ne urbano quidem militi ſatis confiſus*, ſolos ſpecificè Prætorianos intelligit. In ſua ſignificatione & *Prætorianis* contradiſtinctâ, Tacit. *Addidit claſſi urbanas cohortes, & pleroſque è Prætorianis.* Iterum, *Quod rarò aliàs, Prætorianus urbanuſque miles in aciem deducti.* Quando verò aut altera aut utraque ſpecies ſignificetur, ex loci circumſtantia ſenſus oſtendet.

Evulgato imperii arcano) Evulgare arcana imperii idem videtur cum eo, quod in allegato antè Dionyſii loco erat ἐκκαλύπτειν τὰ μυστήρια τῆς τε δοκούσης ἀρετῆς, καὶ ἀγνοουμένης κακίας, in deſcribenda publicorum negotiorum adminiſtratione detrahere ſpecioſos virtutum prætextus clandeſtinis nequitiæ molitionibus. *Arcana* tamen *imperii* cum varia ſint, neque unius prorſus naturæ,

turæ, una definitione comprehendi nequeunt. Tacit. Annal. 2. *Cenſuit Gallus in quinquennium Magiſtratuum Comitia habenda: haud dubium erat eam ſententiam altius penetrare, & arcana imperii tentari.* Ex iis hoc loco illud ſpectatur, cum ſpes honoris & commodi optimè paſcat aulicorum ambitionem, & cohibeat intra obſequii fidem; ſi in plura ſimul munia ſucceſſores cooptarentur, langueſcerent appetentium ſtudia; tot verò annis ante ſi deſtinarentur, in deſperationis rabiem adigeret. eodem libro. *Auguſtus inter alia dominationis arcana, vetitis, niſi permiſſu, ingredi Senatoribus aut equitibus Romanis illuſtribus, ſepoſuit Ægyptum, ne fame urgeret Italiam, quiſquis eam provinciam, clauſtraque terræ ac maris quamvis levi præſidio adverſus ingentes exercitus inſediſſet.* Arcanum eſt, nunquam provinciæ, cujus rebellio ſecum tractura reip. periculum ſit, gubernandæ admovendum virum illuſtrem, aut populari gratiâ florentem. Hic videntur intelligi quæ ex arcanis imperii maximam veri ſpeciem præferunt, cum hæc in vulgi animos magis valeat, quàm rerum ſoliditas. Exem-

plum rei factæ loco non ſuo, cui præcedentia tempora nihil par dederunt. Ex priſco inſtituto princeps Romæ creandus erat, & urbe primaria petendus Imperator, neque in contrarium ritus exſtabat. Tanti autem non erat obſervata loci ſollennitas apud eum, qui electionis jus armis tueri poterat, neque adverſantes experiretur ſubditos. Arcanum illud imperii Galba vulgavit, & ſuæ in Neronem fortunæ iſtâ aurâ velificatus, idem jus aliis in ſe dedit. Milites Germani in electione Vitellii, ut Plutarchus memorat, φέρε δὲ, τὸν οὐιτέλλιον ἑλόμενοι δείξωμεν ἀνθρώποις πᾶσιν ὡς Ἰβήρων καὶ Λυσιτανῶν ἀμείνους ἐσμὲν αὐτοκράτορα αἱρεῖσθαι, id eſt, *agite, electo Vitellio omnibus probemus, Hiſpanis & Luſitanis potiores nos eſſe, qui Imperatorem, creaverimus.* Vitellium ut militaris favor extulit, ita & deſtituit. *Nam poſſe ab exercitu Principem fieri, ſibi ipſi Vitellius documento eſt*, ait Mutianus apud Tacitum l. 2. hiſtor. Et in univerſum, poſtquam ſemel patuit iſtud dominationis arcanum evulgante Galba, plures Imperatores alibi, quàm Romæ, electi. Præter hæc *imperii* aut *dominationis arcana* legimus etiam apud

Taci-

Tacitum Annal. 1. *arcana domus Auguſtæ* id eſt Aulæ vel palatio propria, & 3. Annal. *ſecreta Imperatorum.*

Licentius ut erga Principem novum & abſentem] Tacit. 2. hiſtor. *Recens Galbæ Principatu cenſuerant Patres ut accuſatorum cauſæ noſcerentur.* & 4. hiſtor. in oratione Curtii Montani. *Elanguimus P. C. nec jam ille Senatus ſumus, qui occiſo Nerone delatores, & miniſtros more majorum puniendos flagitabat. Optimus eſt poſt malum Principem dies primus.* Iam vero *accuſatores*, delatores, habentur *inter inſtrumenta imperii*, non magis abſurdè quàm Locuſta Claudio & Nerone imperantibus, *nuper veneficii damnata & diu inter inſtrumenta regni habita*, inquit Tacitus 12. Annal. Certum enim eſt, multos bonos Principes, aut minus malos, pro accuſatoribus ſtetiſſe. Mutianus, Veſpaſiani os, *cenſuit prolixè pro accuſatoribus* Tacit. 4. hiſtor. *Helvidius Priſcus* inſtitutam Eprii Marcelli accuſationem ex decreto quodam, *dubiâ voluntate Galbæ*, ſubito deſtituit.

Tardum Galbæ iter & cruentum] quo die Galba hoc iter ſuſceperit ex Hiſpania profectus & Romam intraverit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

cum hiſtorias inviderit nobis temporis injuria, exactè determinari non poteſt. Ne tamen omittamus quod illuſtrando loco faciat, utque temporis rationem, alibi à nobis [r] redditam, hîc ſignemus, viſum fuit annotare, quibus impulſi ſumus, cauſas. Primum Galerio Trachalo, Silio Italico Coſſ. *Neapoli de motu Galliarum cognovit* (Nero) *die ipſo quo matrem occiderat.* Sueton. Neron. c.40. Agrippina autem occiſa erat *ipſis Quinquatruum diebus.* Tacit. 14. Annal. & Suet. Neron. c. 34. & *Quinquatrus* incidunt in diem decimum nonum Martii. Ovid. faſt. 3. Conſtituto ergo tempore, quo Viennâ aut Lugduno Neapolis petatur, colligere licebit Vindicis rebellionem incepiſſe circa decimum aut duodecimum Martii. Præterea Xiphilinus ſcribit regnâſſe Galbam novem menſes & tredecim dies, numerandos ſcilicet ab eo tempore quo accepit imperium in Hiſpania, ut ipſe Xiphilinus notat, ubi enarrat ı finit Veſpaſiani tempora, adeo ut Galba mortuus decimo quinto Ianuarii (Tacit. 1. hiſtor.) regnare cœperit primo aut ſecundo Aprilis. Nero decimo tertio Octobris; Tacit. 12. Annal. καὶ ἦρξεν ἔτη τεσσκαί-

[r] Vbi de exceſſu Neronis & initio Principatus Galbæ agimus.

τρισκαίδεκα καὶ μῆνας ὀκτὼ δυοῖν ἡμέραιν δέοντας· ἐτελεύτησε δὲ κατὰ ἰούλιον μῆνα, id eſt, *regnabat tredecim annos, octo menſes demptis duobus diebus, & moriebatur menſe Iulio.* quæ duo ſimul conſiſtere non poſſunt utpote pugnantia. ſi enim menſe Iulio mortuus Nero, excedit imperium ejus tredecim annos & octo menſes. ſin hoc tantum tempus regni ejus fuit, ut aſſerit Xiphilinus, mors ejus in menſem Iulium non incidit. Rurſus idem Xiphilinus ſcribit, καὶ οὕτω συμβαίνει ἐνιαυτόν τε καὶ δύο καὶ εἴκοσιν ἡμέρας ἀπὸ τοῦ θανάτου τοῦ Νέρωνος μέχρι τοῦ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ἀρχῆς διελθεῖν, id eſt, *ut à Neronis morte ad initium imperii Veſpaſiani juſto computu colligatur annus unus & duo ſupra viginti dies.* Sed primo Iulii die Veſpaſianus auſpicabatur imperium, Tacit. 2. hiſtor. ut Neronis mors incidiſſe debuerit in octavum Iunii diem. Atque in hanc ſententiam ire videtur Tacitus hoc eodem libro, *ſeptem à Neronis fine menſes ſunt.* Aurelius Victor dicit, *menſes ſeptem dieſque totidem (imperavit Galba)* computandos ſcilicet à Neronis morte, ut jam dictus exacte colligatur numerus. Idem fere tempus, quo periit

Nero, Vindicem in Gallia abſtulit. Primus autem de morte ejus nuntius in Hiſpaniam ad Galbam penetravit, & paucis diebus interpoſitis etiam de morte Neronis, incitatiſſimâ perferentium operâ. Plutarch. Galba. Et conſtat nondum ſignificatam fuiſſe Neroni Vindicis cladem. Neque enim aliter fieri poterat, quin Romæ ad iſtos rumores fuiſſet trepidatum Philoſtratus lib. 5. *de vita Apollonii* ἀκοῦσαι φασὶν ὡς Νέρων μὲν πεφεύγοι, τεθνήκοι δὲ Βένδιξ, id eſt, *nuntiabatur* (Meſſanæ ſcilicet ubi tum verſabatur Apollonius) *fugiſſe Neronem*, *& Vindicem cecidiſſe*, quaſi de Neronis morte nuntius antevertiſſet illum de Vindicis clade apud Meſſanenſes in Sicilia. Intra ſeptimum diem Galba ſcivit per Icelum quendam Româ profectum periiſſe Neronem. Plutarch. ἧκεν ἀπὸ Ῥώμης Ἴκελος ἀνὴρ ἀπελεύθερος, ἑβδομαῖος. dato igitur ad ſe inſtruendum tempore Galba videtur iter ingreſſus circa Iulii initium, & Romam, ut ex conjecturis vero propioribus ſtatui poteſt, circa Septembrem inſecutum; tardo, inquit Tacitus, itinere, via longa & impedimentis gravi.

Inducta legione Hiſpana] id eſt, ut mihi

mihi quidem videtur, ſeptima Galbiana, conſcripta à Galba ex habitis in Hiſpania dilectibus (Tacito 3. hiſtor. Dione l. 55. & Suetonio Galb. c. 10. ſic ſentientibus, ut videtur) quæ tamen in Illyricum ante ejus mortem miſſa videtur Antoniô Primô legatô, ut hoc loco recenſionem illius ratio non patiatur. In ſeditione Othoniana nuſquam occurrit *Hiſpana legio*, non factâ etiam ejus in hoc Taciti libro mentione, neque apud ſcriptorum quemquam; niſi inter armorum turbas, omnia pervagantes, ſoli ignavè conquieverint.

Ad clauſtra Caſpiarum] Suetonius Nerone. cap. 19. *Parabat* (Nero) *& ad Caſpias portas expeditionem, conſcriptam ex Italicis ſenûm pedum tyronibus nova legione quam Magni Alexandri phalangem appellabat.* Addit Xiphilinus, de ſuſcipienda quoque in Æthiopiam expeditione deliberâſſe.

Legati legionum] Legati triplex hoc libro eſt ſignificatio. Prima notat eum qui in publicâ causâ aliò occupandus mittitur. *Cenſuerant Patres mittendos ad Germanicum exercitum legatos.* Secunda, *legatus* aut *legatus Conſularis*, ut *Conſularis* præſidem deſignat, aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

illũ qui cum vicario imperio imponitur regendæ provinciæ aut exercitui: *Othonem in Provinciã Luſitaniã ſpecie legationis ſepoſuit. Hordeonius Flaccus Conſularis Legatus aderat. Inferioris Germaniæ legiones diutius ſine Conſulari fuêre.* Tertia, qua *legatus legionis*, aut *legatus Prætorius*, aut *legatus* ſimpliciter intelligitur, (circumſtantiæ ſingulas ſignificationes diſcernunt) ſuppræfectus legionis, qui legionum numero coæquabantur. *Cœlius legatus viceſimæ legionis. in vita Agricolæ*, ubi de eadem legione eodemq; viro agit; *Quippe legatis Conſularibus nimia ac formidoloſa erat. nec legatus prætorius ad cohibendum potens. Nullo legatorum Tribunorumve pro Galba nitente. Fœdis legatorum certaminibus*, æquivocè neque refragante vocabulo, cum alter eſſet *legatus Conſularis*, alter *legatus legionis*.

E Provinciis] ſcilicet *Cæſaris*, quas hic ſpectari arbitror. Auguſtus enim poſt pugnam Actiacam, cogente ſcilicet Senatu cum accepiſſet principatum, cœpit dividere provincias. Atque illas quidem pacatas, neque hoſtibus obnoxias, Senatui populoque tradidit, haſce inimicorum terris objectas, & ad ex-

trema imperii remotas, cæteraſque facili rebellionis & armorum metu turbandas, ſibi retinuit, abiitque in ſucceſſores inſtitutum. In ſpeciem quidem id agi videbatur, quaſi derivatis in ſe moleſtiis & periculorum incertis, Senatui indulgeret non ſuſpectam ſecuritatem, ſed clam intendebat, inermi Senatu, veteranas ſub ſignis cohortes habere. Senatus & populi provinciæ, ut Strabo l.17. Dio l.53. ſcribunt, mox enumerandæ, quas Tacitus 13. Annal. (niſi me conjectura fallit) *publicas provincias* vocat; fuerunt *Duæ Conſulares*, Africa cum Numidia, Aſia, ſic dictæ quod iis regendis imponerentur Conſulatu defuncti, cum in reliquas ſufficeret geſſiſſe minores quoque dignitates; & *decem prætoriæ*, Bœtica, Narbonenſis, Sardinia cum Corſica, Sicilia, Epirus, Macedonia, Achaja cum Theſſalia &c. Creta cum Cyrene, Cyprus, Pontus, & Bithynia. Provinciæ, quas ſibi retinuit, fuerunt Hiſpania Tarraconenſis, Luſitania, Gallia Lugdunenſis, Belgica, Aquitania, Syria &c. Cilicia, Ægyptus, Dalmatia, Mœſia, Pannonia, & Rheni ripa Gallica, nomine *ſuperioris* & *in-*

ſ Marcellino l.15. *Germania prima* in qua Magontiacus, Vangiones, Nemetes, & Argentoratus) & *Germania ſecunda Agripprinâ & Tungris munita.*

ferio-

ferioris Germaniæ cognita, etiam in hunc uſque diem, Germaniæ appellationem ſervans; ſed quam in ſua deſcriptione Cæſar Galliæ attribuit cum magna Belgicæ parte, ignarus alterius *Germaniæ*, præter eam, quæ apud ſcriptores conſecutis deinde temporibus in Γερμανίας μεγάλης, id eſt, magnæ Germaniæ, ad differentiam, titulum venit, Rheni interiore ripa terminatæ; Cum tamen Tacitus hoc primo libro, vocabulo Germaniæ complectatur ſemper duas illas alias provincias, ſic appellatas, quod Germani frequente Rheni tranſitu in iſtas regiones deductis migrarent Coloniis, & paulatim tranſlatum quoque hæreret locis nomen. Cæſar l. 2. Com. Dio l. 53. Tacit. l. 1. Annal. & lib. *de moribus Germanorum. Treveri & Nervii circa affectationem Germanicæ originis ultro ambitioſi ſunt, tanquam per hanc gloriam ſanguinis, à ſimilitudine & inertia Gallorum ſeparentur, ipſam Rheni ripam haud dubiè Germanorum populi colunt Vangiones, Traboci, Nemetes,* &c. Vtriuſque Germaniæ quæ *Superior*, ait Dio, erat ἡ μετὰ τὰς τοῦ ποταμοῦ (ῥήνου) πηγὰς, id eſt, *ab exortu fluminis* (Rheni) porrigebatur mo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

moguntiam verſus aut potius Cobe-lentz; *inferior* μέχρι τοῦ ὠκεανοῦ Βρεττανικοῦ *ad oceanum uſque Britannicum*. Præter dictas provincias, quicquid poſt-modum Romano adjiceretur Imperio, ut *Britannia* ſub Claudio, *Pontus Po-lemoniacus & Alpes Cottiæ* ſub Nerone, *Dacia* ſub Trajano &c. aſſignatam ex diviſione commemoratâ Imperatori augebat portionem (τῷ ἀεὶ κρατοῦντι προσ-ετέθη Dio.) Provinciæ Senatus, tam Prætoriæ quàm Conſulares, *Proconſu-lum* præfecturâ tenebantur, ſive illi Romæ geſſiſſent Conſulatum, ſive non. Qui gubernandis Imperatorum provinciis imponebantur, *legati*, *aut lega-ti Conſulares* aut *propratores* vocabantur; niſi quod procuratorum quandoque titulo mitterentur, ut ante obſervatum de minoribus provinciis. Dio l. 53. καὶ τούτου πρῶτον μὲν αὐτοὺς τοὺς βουλευτὰς ἑκατέρων τῶν ἐθνῶν πλὴν Αἰγυπτίων ἄρχειν κατέδειξεν (ὁ Αὔγουστος) ἔπειτα δὲ τοὺς μὲν καὶ ἐπετησίους καὶ κληρωτοὺς εἶναι, πλὴν εἴ τῳ πολυπαιδίας ἢ γάμου προνομία προσείη, καὶ ἔκ τε τοῦ κοινοῦ τῆς γερουσίας συλλόγου πέμπεσθαι, μήτε ξίφος παραζωννυμένους μήτε στρατιωτικῇ ἐσθῆτι χρωμένους, καὶ ἀνθυπάτους καλεῖσθαι μὴ ὅτι τοὺς ὑπατευκότας,

τας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους τῶν ἐστρατηγηκότων, ἢ δοκούντων γε ἐστρατηγηκέναι μόνον ὄντας. ῥαβδούχοις τε σφᾶς ἑκατέρους, ὅσοιπερ καὶ ἐν τῷ ἄστει νενόμισται χρῆσθαι, καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς ἐπίσημα καὶ παραχρῆμα ἅμα τῷ ἔξω τοῦ πομηρίου γενέσθαι προστίθεσθαι, καὶ διὰ παντὸς μέχρις ἂν ἀνακομισθῶσιν, ἔχειν ἐκέλευσε. τοὺς δὲ ἑτέρους ὑπό τε ἑαυτοῦ αἱρεῖσθαι, καὶ πρεσβευτὰς αὐτοῦ ἀντιστρατήγους τε ὀνομάζεσθαι, κἂν ἐκ τῶν ὑπατευκότων ὦσι, διέταξε. id eſt: *Præfecti provinciarum ſeu publicæ illæ ſeu Imperatoriæ forent, ex Senatu eligebantur, excepto Ægypti præfecto. Annuum erat in Senatorias Provincias imperium, & ſorte aſſignandum (niſi ex ſpeciali privilegio, puta matrimonii aut plurium liberorum conferretur) & mittebantur præfecti velut ex corpore Senatus, ſine gladio aut paludamento, promiſcua Proconſulum appellatione, ſive conſulatum geſſiſſent Romæ ſive non; pluribus lictoribus ad obſequium ſtipati, ut in urbe fieri ſolet. Pomerium egreſſi induebant dignitatis inſignia, non exuenda niſi cum reditu in illud. In provincias Imperatorias ibant ex ſolo Principis arbitrio lecti, quos Legatos & Proprætores appellari volebat, etiam Conſulatu prius defunctos.*

nctos. Et paulò poſt: τῇ τε οὖν ἐπι-
ήσει τῇ τῶν ἀντιστρατήγων τοὺς αἱρετοὺς
ῆγε, καὶ ἐπὶ πλείω ἢ ἐνιαυτοῦ χρόνον,
' ὅσον ἑαυτῷ δόξοι, ἄρχειν ἐποίησε, τήν
στρατιωτικὴν στολὴν φοροῦντας καὶ ξίφος,
; γε καὶ στρατιώτας δικαιώσαι ἔξεστιν, ἔχον-
:. id eſt; *Propratorum nomine illos ap-*
llabat, quos ipſus legiſſet, quibus &
perii tempus ex arbitrio laxabat re-
ringebatque, data poteſtate geſtandi
ludamentum & gladium, velut ju-
vita & necis in milites. Tacitus hoc
ro de provincia publica, Gallia ſci-
cet Narbonenſi, *Vinius*, inquit, *Pro-*
nſolatu Galliam Narbonenſem ſevere
xit, qui Conſul fuiſſe non legitur. An-
al. 1. video Granium Marcellum vo-
ri prætorem Bithyniæ, quæ ex prima
iviſione inter publicas provincias re-
enſetur; neque poſterior quicquam
tas mutavit, ut colligitur ex Plinii li-
ro decimo epiſt. 64. 55. Ibidem Ta-
itus meminit Quæſtoris, ignotæ di-
nitatis in Imperatorum Provinciis; &
ub Claudio *damnatus lege repetunda-*
um Cadius Rufus accuſantibus Bithy-
is; qua actione ſi quid judico nunquam
ulſabatur *legatus* Principis, qui munus
uum obibat magis ex ſpeciali manda-
to,

to, quam jure officii. Sed proprætorem quod attinet, res manifeſta eſt, 12. Ann. *In Britannia P. Oſtorium propraetorem*, & de eodem viro, *Cæſar cognita morte legati* &c. Vitellius hoc libro appellatur *legatus Conſularis inferioris Germaniæ.* & 4. Annal. *L. Apronius inferioris Germaniæ Proprætor*. Sueton. Nerone c. 40. *Duce Iulio Vindice, qui tum eam provinciam Proprætor obtinebat*, id eſt, *Galliam Lugdunenſem*, Imperatori ex diviſione dicta ſepoſitam. In Africa Cajus Proconſuli, (erat id honoris nomen loco) ſuperinduxit legatum, qui ſuo nomine milites curaret. Tacitus 4. hiſt. *Legio in Africa auxiliaque tutandis imperii finibus, ſub Divo Auguſto Tiberioque Principibus, Proconſuli parebant. Mox C. Cæſar turbidus animi, ac M. Sullanum* (aut ex Dione *Lucium Piſonem*) *obtinentem Africam metuens, ablatam Proconſuli legionem, miſſo in eam rem legato tradidit. æquatus inter duos beneficiorum numerus, & mixtis utriuſque mandatis diſcordia quæſita, auctaque. Pravo certamine legatorum jus adolevit, diuturnitate officii, vel quia minoribus major æmulandi cura. Proconſulum ſplendidiſſimus quiſque ſecuritati*

itati magis quàm potentiæ conſulebant. Dio l. 59. ἐπειδή τε Λούκιος Πείσων ὁ τῆς τε Πλαγκίνης, καὶ τοῦ Γναίου Πείσωνος υἱὸς ἄρξας τῆς Ἀφρικῆς ἔτυχεν, ἐφοβήθη μὴ νεωτερίσῃ τι ὑπὸ μεγαλαυχίας, ἄλλως τε καὶ ὅτι δύναμιν πολλὴν καὶ πολιτικὴν καὶ ξενικὴν ἕξειν ἔμελλε, καὶ δίχα τὸ ἔθνος νείμας, ἑτέρῳ τό τε στρατιωτικὸν, καὶ τοὺς νομάδας τοὺς περὶ αὐτὸ προσέταξε, καὶ ἐξ ἐκείνου καὶ δεῦρο τοῦτο γίγνεται. id eſt; *Poſtquam Lucius Piſo, Cn. Piſonis & Plancinæ filius Africam obtinuiſſet Proconſulari cum imperio, Cajus Imperator veritus ne ex arrogantia res novas inceptaret, inſtructus præſertim tam valida legionariorum & auxiliarium manu, diviſit imperium, alterique regendos dedit milites vicinoſque Numidas, ſervata in hunc diem conſuetudine.* Solus ille qui Ægypto præerat, nec *legati* nec *Proprætoris* appellatione cenſetur, diciturque *Præfectus Ægypti* aut *Præfectus Auguſtalis.* Alia nomina, ut *Præſidis, Rectoris* &c. utrique Provinciarũ generi fuêre communi. adeinde habuerunt Provinciæ publicæ additos procuratoribus Quæſtores, Imperatoriç Procuratores ſolos. Dio l. 53. πέμπονται γὰρ εἰς μὲν τὰ τοῦ δήμου τῆς τε βουλῆς λεγόμενα ἔθνη οἱ ταμιεύοντες, οὓς ἂν

ὁ κλῆ-

ὁ κλῆρος ἀποδείξῃ. id eſt; *In provincias Senatus & populi Quæſtores mittebantur ſorte lecti*, & ἐπιτρόπους εἰς πάντα ὁμοίως ἔθνη τά τε ἑαυτοῦ δὴ καὶ τὰ τοῦ δήμου πέμπει ὁ Καῖσαρ. id eſt; *Imperator Procuratores mittit in omnes provincias tam ſuas quàm populi.*

Hiſpaniæ præerat Cluvius Rufus] id eſt, *Hiſpaniæ Tarraconenſi*; hæc enim ſola ex tribus, in quas partita eſt omnis Hiſpania, provinciis militem alebat, propriéque eam hoc Tacitus loco intelligit, ſecluſis quas pacatas nec præſidiariis cohortibus inſeſſas poſtea appellat *inermes.* Cluvius Rufus oratoriâ laude effloruit, ſcripſitque iſtius temporis hiſtoriam, *Tacito* 13 & 14. *Annal.* citatam; qui licet dignitatis ſuæ ornamenta deberet Galbæ, inter primos Othoni Sacramentum dixit *Tacit.* 1. *Hiſt.* imperiumque auſpicante Vitellio Romam rediit, *non adempta Hiſpania quam rexit abſens.* Tacit. 2. Hiſt. nono Plinii libro epiſtola 19. occurrit mentio habiti inter Verginium & Cluvium colloquii, hiſce verbis; *Ita ſecum aliquando Cluvium locutum: Scis Vergini quæ hiſtoriæ fides debeatur; proinde ſi quid in hiſtoriis meis legis aliter*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

liter ac velles, rogo ignoſcas! Ad hoc c illum, Cluvine tu ignoras ideo me ciſſe quod feci, ut eſſet liberum vobis ribere quæ libuiſſet?

Ægyptum equites Romani obtinent co Regum] τὴν Αἴγυπτον, ait Dio l. 51. τὴν περὶ ἄκτιον νίκην ὑποτελῆ ἐποίησεν (ὁ Αὔγουστος) καὶ τῷ Γάλλῳ τῷ Κορνηλίῳ πέτρεψεν, πρός τε γὰρ τὸ πολύανδρον, καὶ πόλεων καὶ τῆς χώρας, καὶ πρὸς τὸ ῥᾴδιον ό τε κοῦφον τῶν τρόπων αὐτῶν, τήν τε σιτοομπείαν, καὶ τὰ χρήματα, οὐδενὶ βουλευῇ οὐχ ὅπως ἐγχειρίσαι αὐτὴν ἐτόλμησεν, λλ' οὐδὲ ἐνεπιδημεῖν αὐτῇ ἐξουσίαν ἔδωκεν, ν μή τινι αὐτὸς ὀνομαστὶ συγχωρήσῃ. l eſt: *poſt victoriam Actiacam Auuſtus tributariam fecit Ægyptum, & regendæ Cornelium Gallum impouit. Cum enim ad animum revocâſſet uantam in urbibus & pagis populi aeret multitudinem, quamque inſtabies incolarum animi eſſent, & quomodo taliam frumento aleret, opibuſque poleret, non modò ex Senatoribus nemiem præfecit, ſed ne morari quidem in a paſſus eſt, niſi veniâ impetratâ.* Taitus 2. Annal. ſcribit non modo Senaores, ſed & *Equites Romanos illuſtres* d eſt (ut ego quidem interpretor) quos

quos 16. Ann. vocat *equites dignitate Senatoria*, acceſſu prohibitos, nec injuſſu Principis admiſſos; *ne fame urgeret Italiam quisquis eam provinciam, clauſtraque terræ ac maris quamvis levi præſidio adverſus ingentes exercitus inſediſſet.* Arrianus lib. 3. putat Romanis in ordinanda Ægypto exemplum Alexandri Magni fuiſſe propoſitum, quem, inquit, καταvεῖμαι λέγεται ἐς πολλοὺς τὴν ἀρχὴν τῆς αἰγύπτου, τήν τε φύσιν τῆς χώρας θαυμάσας καὶ τὴν ὀχυρότητα, ὅτι οὐκ ἀσφαλὲς αὐτῷ ἐφαίνετο ἑνὶ ἐπιτρέψαι ἄρχειν τῆς αἰγύπτου πάσης. καὶ Ῥωμαῖοι μοι δοκοῦσι παρ' Ἀλεξάνδρου μαθόντες, ἐν φυλακῇ ἔχειν αἴγυπτον, καὶ μηδένα τῶν ἀπὸ βουλῆς ἐπὶ τῷδε ἐκπέμπειν ὕπαρχον αἰγύπτου, ἀλλὰ τῶν εἰς τοὺς ἱππέας σφίσι ξυντελούντων. id eſt, *Imperium Ægypti in multos diviſiſſe, cum naturam regionis munitiſſimæ non ſine admiratione conſideraret; ut conſultum non judicaret totum uni committere. Romani, mea quidem opinione, imitati Alexandrum videntur, habitâ ſollicite cuſtodiendæ Ægypti ratione. eam ob cauſam Senatorum nullus, ſed ex ordine tantum equeſtri, aliquis datus eſt præfectus.*

Nam-

Namque Otho pueritiam incurioſe] *Pathici geſtamen Othonis.* Iuvenal. Sat. 11.

Æmulatione luxus] *per Libertinam Aulicam inſinuatus Neroni, facile ſummum inter amicos locum tenuit, congruentia morum.* Sueton. Othon. cap. 2.

Apud conſcium libidinum] *Delapſo Nerone in amorem Actæ, aſſumpto in conſcientiam Othone,* &c. Annal. 13.

Sepoſuit in Luſitaniam] *petente Seneca.* Plutarch. Annal. 13. *dejicitur familiaritate ſueta, poſt congreſſu & comitatu Otho, & poſtremo ne in urbe æmulatus ageret, Provinciæ Luſitaniæ præficitur: ubi uſque ad civilia arma non ex priore infamia, ſed integre ſanctéque egit, procax otii & poteſtatis temperantior.*

Piſonem Licinianum accerſſiri jubet] Sueton. c. 17. nonnihil à Tacito diſcedens ſcribit, *Piſonem repente è media ſalutantium turba apprehendit, filiumque appellans, in caſtra perduxit.*

Ego in Rep.] huc alludit, ut videtur, *Dagalaiphus* Comes ſtabuli apud *Valentinianum*; rogante enim Principe, quem in regni conſortium adſciſceret,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſceret, reſpondit, *Si tuos ames, habes fratrem, ſi Remp. alium quære.* Marcell. l. 26.

Ego cum una legione] *ſexta* nempe Tac. 5. hiſt. *Principem Galbam ſextæ legionis authoritate factum.*

Tamquam Principem faceret] id eſt, *Galba* conſilio, alii adulatione.

Quaſi imperare poſſet magis quàm vellet] Tacit. 3. hiſt. de Iunio Blæſo. *Nullius repentini honoris, adeò non Principatus appetens, ut parum effugeret quin dignus crederetur.*

Pro roſtris] id eſt ad populum in Concione.

Quem annulis donatum] in Hiſpania, cum perferret de morte Neronis nuntium. *Annulis donare* eſt *equeſtri dignitate ornare.* Tac. 2. hiſt. *poſtulante exercitu ut libertum ſuum Aſiaticum equeſtri dignitate donaret, inhoneſtam adulationem compeſcuit,* (Vitellius) *dein mobilitate ingenii quod palam abnuerat, inter ſecreta convivia largitur, honoravitque Aſiaticum annulis fœdum mancipium, & malis artibus ambitioſum.* Sueton. Vitellio c. 12. *Primo Imperii die aureis donavit annulis ſuper cœnam, quum mane rogan-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

rogantibus pro eo cunctis deteſtatus eſſet ſeveriſſime talem equeſtris ordinis maculam, eundem, quem Tacitus, virum notans. Dio l. 48. δακτύλοις τε χρυσοῖς ἐκόσμησε, καὶ εἰς τὸ τῶν ἱππέων τέλος ἐσέγραψεν (Αὔγουστος τὸν Μήναν) id eſt, *Auguſtus Menam annulis donavit equitumque ordini adſcripſit*. Priſcis enim temporibus, quanquam poſtea creſcente luxu frequens auri uſus eſſet, tamen τῶν πάλαι Ῥωμαίων οὐδενὶ οὐχ ὅτι τῶν δουλευσάντων ποτέ, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐν ἐλευθέρᾳ φύσει γραφέντων, δακτυλίοις χρυσοῖς, πλὴν τῶν τε βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων χρῆσθαι ἐξῆν, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἐξελευθέροις, οἷς ἂν ὁ τὸ κράτος ἔχων ἐθελήσῃ, καίτοι καὶ ἄλλως χρυσοφοροῦσιν, ὅμως ἐν τιμῆς μέρει, ὡς καὶ βελτίοσιν ἢ κατ' ἀπελευθερίαν ἱππεύειν τε δυναμένοις δίδονται. id eſt: *nulli olim Romanorum (intelligo non libertini tantum generis, ſed & ingenuos liberaliterque educatos) aureos licuit geſtare annulos, excepto Senatore & Equite. Ideoque Princeps iis gratos ſibi libertos, velut magni honoris inſigni, donabat, licet jam tum aureos annulos geſtarent, & ſic ſupra alios libertos eminebant, equitibuſq; æquabantur*. Neq; Id jus Princeps in ſuos tantum contu-

lit libertos, ſed & alienos (quanquam *invitis & ignorantibus Patronis* non facile id fieret, aut factum revocaretur & in irritum deduceretur) habuitque annexum *ingenuitatis jus*, ne tamen *ab hæreditate liberti* patronus excluderetur. lib.40. Digeſt.

Gratus Neroni] φίλῳ δὲ τῷ Ὄθωνι καὶ συνήθει διὰ τὴν ἀσωτίαν ἐχρῆτο, καὶ σκωπτόμενος ὑπ' αὐτοῦ, πολλάκις εἰς μικρολογίαν καὶ ἀνελευθερίαν ἔχαιρε. Λέγεται δέ ποτε μύρῳ τῶν πολυτελῶν χρισαμένου τοῦ Νέρωνος, καὶ τὸν Ὄθωνα καταβρέξαντος, ἐκεῖνος πάλιν τῇ ὑστεραίᾳ δεχόμενος αὐτὸν ἅμα πολλαχόθεν ἀργυροῦς καὶ χρυσοῦς προβάλλειν ἄφνω σωλῆνας ὥσπερ ὕδωρ τὸ μύρον ἐκχέοντας καὶ κατακλύζοντας. id eſt: *Nero utebatur Othone familiariter ob mores diſcinctos, reprehenſuſque aliquoties ab eo ob avaritiam, ægre non tulit, feruntque, Neronem cum ungeretur unguento pretioſo, Othonem nonnihil adſperſiſſe, qui ſequenti die cum Neronem invitatum exciperet, ex argenteis aureiſque tubulis, hinc inde unguentum inſtar aquæ ejaculantibus, prolui pavimentum fecit.* Plutarch. Galba. ἦν δὲ τις Μάρκος Σαλβίος Ὄθων, ὃς οὕτως ἔκ τε τῆς ὁμοιότητος τῶν τρόπων, καὶ τῆς κοινωνίας τῶν ἁμαρ-

ἁμαρτημάτων τῷ Νέρωνι ᾠκείωτο, ὥστε καὶ εἰπών ποτε πρὸς αὐτὸν, οὕτω με Καίσαρα ἴδοις, οὐδὲν διὰ τοῦτο κακὸν ἔπαθεν, ἀλλὰ τοσοῦτον μόνον ἀντήκουσεν, ὅτι, οὐδὲ ὕπατόν σε ὄψομαι. id eſt: *Quidam Marcus Salvius Otho cum Nerone verſabatur ita familiariter, tam ob ſimilitudinem morum & quoddam nequitiæ conſortium, ut cum apud Neronem excidere hoc ſibi pateretur, ita me Cæſarem videas, nihil propterea incommodi paſſus ſit, iſto ſolum exceptus reſponſo, ne Conſulem te quidem, unquam videro.* Xiphilin. Nerone.

Poppea Sabina] Illud inter Neronem, Poppæam & Othonem negotium quomodo fuerit tranſactum, docebit Sueton. Othone cap. 3. Plutarch. Galb. variatis modicè circumſtantiis recedentes à Taciti narratione, qui ita ſibi contrarius pugnat, ut hic locus cum eo 13. Annal. conciliari nequeat.

Sulpitiæ & Lutatiæ decora.] Plutarchus agens de Galbæ genealogia, inquit, μέγα δὲ εἶχεν εὐγενείας ἀξίωμα τοῦ Σερουΐων οἴκου. id eſt: *ex illuſtri Serviorum gente trahebat natalium ſplendorem.* & Tacit. 2. hiſt. *Poſt Iulios, Claudios, Servios*, nonnihil impropriè uſus

 cogno-

cognomine † pro gentilitio ad ſignificandam Sulpiciorum domum ; de qua fuſius agentem vide Suetonium Galb. c.2. & 3. Sed Galba, inquit Plutarch. ἐφρόνει μεῖζον ἐπὶ τῇ τοῦ Κάτλου συγγενείᾳ. id eſt : *ingentes ei ſpiritus faciebat Catulorum ſtirps , cum Q. Lutatius Catulus*, eſſet ei avus maternus. Quod ex Liviæ Auguſtæ cognatione deſcenderit , ex lectione mihi non ſuccurrit , quamquam verum ſit, quod *obſervavit ante omnes Liviam Auguſtam , cujus & vivæ gratia plurimum valuit , & mortuæ teſtamento penè ditatus eſt.* Sueton. c. 5. Sed cognationis ne veſtigia quidem apud ſcriptores extant , ut fidem facilè ita ſentienti abjudicem. Novercam tantum habuit Liviam Ocellinam , in cujus nomen ex adoptione tranſiit , appellatus Lucius Livius Ocellinus *uſque ad tempus imperii* , ſi non erronea eſt Suetonii in Galb. c.4. ſententia.

Propinquos aut ſocios belli] Auguſtus Agrippam & Tiberium adoptavit tamquam *belli ſocios* , alios ut propinquos. Sic Galbæ Otho erat *ſocius belli*, & Dolabella , quem Plutarchus aſſerit, ut ſic loquar, ex adoptionis titulo, *propin-*

† Hoc Servii cognomen adeo latè in omnes ſpargebatur *Sulpitios*, ut *Sulpitii* cognomine *Rufi* aliud receperint & quod jam dictum brevi poſt deſciverit quaſi in gentilitium. unde in Attici vita legitur *M. Servius Sulpitius* & in Iulio obſequente *P. Servius Sulpitius Rufus.*

pinquum fuiſſe. Tacit. *Cornelius Dolabella propinquitate Galbæ monſtratus*, qui, ut arbitror, Plutarcho conſentiens eundem intendit hominem.

Vnius familiæ] C. Iulius adoptabat Auguſtum, Auguſtus Liviam & Tiberium, hic Germanicum, cui filius Caius, frater Claudius, tandem Claudius adoptabat Neronem in quo exſtincta Iuliorum ſtirps. Auſonius:

Æneadum generis qui ſextus & ultimus hæres
Polluit, & clauſit Iulia ſacra Nero.

Deſinam videri ſenex] id eſt, *deſinam contemni quaſi ſenex. Non legiones, non claſſes perinde firma imperii munimenta, quam numerum liberorum.* Tacit. 4. hiſt. in perſona Titi. Si verbis inhærere libet, abſurdo non caret, deſinere aliquem videri ſenem, quia adoptavit hominem primo & trigeſimo jam ætatis anno, qualis Piſo Tacit. 1. hiſt. cui pater eſſe potuiſſet, ut vulgo id ſumitur, neque aliter æſtimabant leges. Sed adoptio, generationis inſtar, aliquatenus æternitati conſulit, quæ rationem ætatis non habet.

Dirimendis comitiis antiquitus obſervatum] Cic. in Vatinium. *Augures*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

omnes uſque ab Romulo decreverunt, Iove fulgente cum populo agi nefas eſſe. Philipp. 5. *Iove tonante cum populo agi non eſſe fas quis ignorat?* 2. de divinatione. *In noſtris Commentariis ſcriptum habemus: Iove tonante fulgurante Comitia populi habere nefas.* Paulo poſt. *Comitiorum ſolum vitium eſt fulmen, quod idem omnibus rebus auſpicium optimum habemus, ſi ſiniſtrum fuerit.*

Quo vir virum legeret] modus ex militia talis eſt, quo primus ſumeret ſecundum in acie ſibi adſtitem, ſecundus tertium, & ſic porrò, omnibus ad extremum uſque velut ſocios ſibi adlegentibus. Exercitus ad eam inſtructus formam omni pene vi major videbatur iſtis temporibus; certe plurimum in hoſtes valebat. Livius l.9. *Ad Vadimonis lacum Hetruſci, lege ſacrata coacto exercitu, cum vir virum legiſſet, quantis nunquam aliàs ante ſimul copiis, ſimul animis dimicârunt*, pene apud Xenoph. 1. παιδ. par eſt deſcriptio inſtruendi apud Perſas exercitus, ſeu verè atque ex uſu, ſeu quod dux militia clarus eam judicaret aciem validiſſimam. Cyrus nobiliſſimum quemque, numero

ducen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ducentos , exercitatæ , quò intenderet, induſtriæ legebat , ſinguli ex ducentis ſibi quatuor alios, donec mille nobiles ille incrementi ordo daret. nobilium deinde ſinguli triginta milites gregarios optabant, decem ſcilicet πελταστὰς, totidemque funditores , & ſagittarios pari numero.

Tanquam uſurpatam etiam in pace donativi neceſſitatem] Principum in milites liberalitas *donativum* vocabatur , in populum aut etiam amicos *congiarium* ; quod procul dubio certa primum menſura (*congium* dicta) vini aut olei divideretur , poſteaque ſuffectis rebus aliis adhæſit idem nomen. Tacit. 12. Annal. *Additum nomine Neronis donativum militi, congiarium plebi.* Et Suet. Neron. c. 7. agens de eadem re. *Deductus (Nero) in forum tyro, populo congiarium , militi donativum propoſuit.* Quo proprietatis neglectu, ut videtur, permiſcet vocabula Tullius, utiturque *Congiario* ubi *donativo* locus erat. 16. ad Attic. epiſt. 8. *An iret ad tres legiones Macedonicas , quæ iter ſecundum mare ſuperum faciunt , quas ſperat ſuas eſſe. Eæ congiarium ab Antonio accipere noluerunt.* Aut an potius,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

quod reor, *donativum*, liberâ rep. ignotum, ſub Imperatoribus obtinuit? principes plerumque donativum concedunt poſt inſignem aliquam victoriam; aut ubi extra ordinem ſuaderet occaſio. Claudius primus fuit, qui Principatum adeptus militi donativum promiſit quinquies decies millia ſeſtertiûm, id eſt, circiter 120 libras ſterlingas monetæ Anglicanæ. *Primus Cæſarum fidem militis etiam præmio pignoratus*, ait Suetonius c. 10. Et cum Nero filius adoptivus virilem indueret togam itidem dedit. Nero Principatus initio *promiſit donativum ad exemplar paternæ largitionis*, Tacit. 12. Annal. & poſt detectam Piſonis conſpirationem, *bina nummûm millia viritim manipularibus diviſit*, id eſt, circiter ſexdecim libras noſtrates, & variis temporibus, cum Græciam tranſiret, impoſuit quaſi per tot repetitas vices neceſſitatem idem faciendi ſucceſſoribus. Numphidius promittebat ipſis Galbæ nomine triceſies millia ſeſtertiûm, id eſt, circiter libras ducentas quadraginta, Galbâ promiſſi fidem eludente. Atque hic in Piſonis adoptione; *nullum orationi aut lenocinium additum aut pretium.* Adrianus magis

magis obſecutus tempori in adoptione Veri trecentos milliones ſeſtertiûm in militem diviſit; & Antonius in matrimonio filiæ Fauſtinæ exceſſit *uſque ad donativum militum.* Spartian.

Appellari ſingulos juſſit] Non Romæ tantùm ſed & alibi. Xiphilin. Τοῖς ἑλλανοδίκαις τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας, ἃς ὕστερον Γάλβας παρ᾽ αὐτῶν ἀπήτησεν, ἔδωκε.

Decuma parte] Huc ſpectabat, narrante Suetonio, decretum, *ut ſi quid ipſi vendidiſſent, auferretur emptoribus.* Plutar. τοὺς πριαμένους παρ᾽ αὐτῶν ἢ λαβόντας ὁτιοῦν ἀνεζήτει (ὁ Γάλβας) καὶ παρ᾽ ἐκείνων ἐξέπραττε.

Triginta] Sueton. c. 15. *quinquaginta.*

Vbique haſta] *haſtæ ſubjiciebantur ea quæ publicè venundabant.* Feſtus. *Sector, æſtimator redemptorque bonorum.*

Bis & vicies mille ſeſtertiûm] *mille* per errorem pro *millies.* Tacit. 2. hiſt. *Novies millies ſeſtertiûm*, non *novies mille*; ſic enim fert hujus linguæ uſus, atque in hoc exprimendi modo per adverbia vulgo ſubintelligitur *centena millia*, ut *bis & vicies millies* tantundem ſit ac ſi dixiſſet, *bis & vicies*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

millies centena millia ſeſtertiûm. Plutarchus Antonio interpretatur *decies* per πέντε ϗ εἴκοσι μυριάδας (δραχμῶν) id eſt, *decies centena millia ſeſtertiûm*; *quatuor ſeſtertiis* ex ejus ſupputatione *drachmam conſtituentibus. Seſtertius quaſi ſemis tertius*, id eſt, duo & dimidium tertii, & obſervatâ eadem analogiâ in Græcis πέμπτον ἡμιτάλαντον, id eſt, quatuor talenta & dimidium quinti, Germanicè **drit halb batzen** duo batz & dimidius batz. Seſtertius verò idem valens quod duo & ſemis, notari vulgo ſolitus hoc modo II. S. aut conjunctim H.-S. id eſt, *duo & ſemis*, ut totidem *aſſes* ubique ſubintelligantur; & quatuor ſeſtertii æquivalent *denario*, qui ſic dicitur quaſi *dena æra.* Omnes quoque Græci, nullo prorſus excepto, qui res Romanas hiſtoriarum monumentis prodiderunt, quatuor ſeſtertios vertunt δραχμῆς ἀττικῆς vocabulo, non tantùm ubi minor ſumma colligitur, ſed & majores, quæ palpandum præberent, ſi quod ex illorum opinione daretur, diſcrimen. Cum igitur *denarius* & *drachma* ex conſenſu ſcriptorum, quos habemus antiquiſſimos, adverſus paucorum authoritatem, æquivaleant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

k utraque vox quatuor exæquetur ſes-ertiis, octo drachmis unciam conſti-uentibus, unciaque apud nos nunc fa-iente quinque ſolidos ſterlingios,ſum-na hoc loco deſcripta *bis & vicies mil-ies centena millia ſeſtertiûm*, ad An-licanam reducta monetam nunc in ulgus uſitatam, conficiet ſeptende-im milliones centum octoginta ſe-tem millia & quingentas libras.Neque dem excedere videbitur, ſi Neronem ectes ejuſque per quatuordecim an-os prodigalitatem.Cum Vitellius,me-orante Tacito 2. hiſtor. pauciſſimis enſibus novies millies H.-S.interver-ſſe credatur, circa ſepties millies li-ras.

Othonem exſtimulabant] Sueton.)thone c.5. *Otho poſtquam Piſone præ-ato ſpe decidit, ad vim converſus eſt ſtigante ſuper animi dolorem, etiam agnitudine æris alieni. Neque enim iſſimulabat niſi Principem ſe ſtare non oſſe, nihilque referre ab hoſte in acie, n in foro ſub creditoribus caderet*; æs nim alienum quod grande conflave-t, teſte Plutarcho, excedebat ſex & ecies centies millia librarum.

Tranſitus rerum] Cum ſubinde ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

alios devolveretur imperium, aut natis aliunde turbis concuteretur.

Principale matrimonium] id eſt, *uxor Principis* ut Tacitus loquitur 11. Annal *At Claudius matrimonii ſui ignarus, laſciviam populi ſeveris edictis increpuit*; ignorans quali uxorem ingenio privatim haberet.

Centenos nummos] *aureum unum* ait Plutarch. & Sueton. id eſt. 15.ſ.7.d.ob. conſtabat autem hæc cohors ex mille militibus adeo ut donativum ejus unico impenſum convivio abiret in ſummam 781.li.5.ſ.

Publicam] ἐμφανῆ, aut potius δημοσίαν.

Niſi incerta noctis timuiſſent] Sueton. Othon.c.6. aliam adfert rationem. *Obſtitit reſpectus cohortis quæ tunc excubabat, ne oneraretur invidia, quod ejuſdem ſtatione & Cajus fuerat occiſus & deſertus Nero. Medium quoque tempus religio & mathematici exemerunt.*

Pannonici] antea enim dixerat, quod *multi è Germania & Illyrico electi* Romæ remanſerant.

Vt quiſque obvius fuerat] ſcil. Othoni aut Othonianis, ut ego quidem interpretor.

Germanica vexilla diu nutavêre] Paulò aliter Suetonius cap. 20. *Omnes qui accerſerentur, ſprevêre nuntium, excepta Germanicorum vexillatione. Hi ob recens meritum quod ſe ægros & invalidos magnopere fovisſet, in auxilium advolavêre: ſed ſerius, itinere devio per ignorantiam locorum retardati.*

Sumto thorace] Quaſi duntaxat ſtatuiſſet, ut narrat Plutarchus, populo ſe exhibere, & ſacrificiis placare deos vindices, nequaquam de morte Othonis dubius. τῷ τε διὶ θύσειν, καὶ φανῆναι τοῖς πολίταις βουλόμενος. ſed longe aliud agi expertus eſt.

Thoracem] Sueton. *Loricam linteam.*

Medium inter ſigna] id eſt, medium inter milites ſubſignanos *jacere oſcula*; φιλήματα δὲ ἑκάστοις διὰ τῶν δακτύλων ἔπεμπε. Xiphilin.

Simul poſtulentur] Sic enim Tacitus paulo antè. *Diſſonus clamor plebis & ſervitiorum, cædem Othonis & conjuratorum exilium poſcentium.*

Elius] quem Nero, cum Achajam peteret, ſibi vicarium Romæ ſubſiſtere juſſerat, cum authoritate quanta poterat maxima, adjuncto ei Polycleto; qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

qui ambo, ut Xiphilinus notat, ἦγον ἐπόρθουν, ἐσύλων πάνθ' ὅσα ἐνεδέχετο. id eſt; *rapinas exercuerunt quantas poterant maximas.* Tacitus Vatinii mentionem facit 15. Annal. *Vatinius inter fœdiſſima ejus aulæ oſtenta fuit. Sutrinæ tabernæ alumnus, corpore detorto, facetiis ſcurrilibus primo in contumelias aſſumptus, deinde optimi cujuſque criminatione eouſque valuit, ut gratia, pecunia, vi nocendi etiam malis præmineret.*

Cum ſignum meum acceperit] aut teſſeram ipſis militarem dedero.

Niſi peractum] Sueton. cap. 6. addit, *Ad conciliandos pollicitationibus militum animos, nihil magis pro concione teſtatus eſt, quam id demum ſe habiturum, quod ſibi illi reliquiſſent.*

Baſilicis ac templis] *Baſilicæ ac templa* ἐπὶ τὰς στοὰς καὶ τὰ μετέωρα τῆς ἀγορᾶς. Plutarch. Senec. l. 3. de Ira. *Fremitu judiciorum Baſilicæ reſonant.*

Lugubri proſpectu] id eſt, *proſpectui.* Tacit. 2. hiſtor. *luxu & ſaginæ mancipatus.* Plutarchus hunc locum vertit ὥσπερ θέαν καταλαμβανόντων.

Ire præcipites] Ille ſe caſtris continuit, Sueton. Othon. cap. 6. dum funeſti tem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

mporis clades ſæviret ; circumſtantia
rofecto cujus deſcriptione nimis levi-
r Tacitus defungitur.

Rapidis equis] *Equites viſo procul*
alba parumper reſtiterunt , deinde
urſum incitati, &c. Sueton. c. 19.

Nam pectus tegebatur] *thorace aut*
orica lintea : ſupra.

Cujus cauſa erat] Tacitus ſupra, *Gal-*
am Titus Vinius deterrimus mortali-
m odio flagitiorum onerabat.

Sempronius Denſus] Plutarchus &
Kiphilinus ſcribunt non Piſonem , ſed
Galbam à Denſo protectum.

Stricto pugione) Plutarch. notat ter-
uiſſe ipſos primum vite , ᾧ κολάζουσιν
οἱ ταξίαρχοι τοὺς πληγῶν δεομένους. *quâ*
Centuriones utuntur in caſtigandis mi-
itibus.

Iuxta aquilam legionis] Cujus? claſ-
iariæ puto , cum in hanc rem non alia
occurrat legio. Illi *aquilam & ſigna* ac-
cipiebant ex Othonis manu , ut appa-
ret ex Tacit. ult. à Galba initio Princi-
patus petierunt quidem, ſed alia merce-
de conſtitit illis qui in vanum ceciderat
labor.

Sed Othoni nondum authoritas] Plu-
tarch. φοβούμενος δὲ ἀντιλέγειν (ὁ Ὄθων)

οὐκ

οὐχ οὕτως ἔφη ταχέως ἀποκτενεῖν αὐτόν, εἶναι γὰρ ἃ δεῖ πρότερον ἐκπυθέσθαι παρὰ τοῦ ἀνδρός. id eſt: *Otho non auſus contradicere reſpondit occidendum quidem hominem, ſed ut illud temporis concedatur quo alia ex eo reſciſcat.*

Decernitur Othoni tribunitia poteſtas] apud Sueton. c. 7. patet Othonem interfuiſſe Senatui. *Vergente jam die ingreſſus Senatum (Otho) poſitaque brevi ratione, quaſi raptus de publico, & ſuſcipere imperium vi coactus, geſturuſque communi omnium arbitrio, Palatium petivit.*

Quæſitis redemptiſque capitibus] Criſpina Patris ſui redemit decem millibus ſeſtertiûm id eſt 78.l.2.5.6.d. Plutarch.

E proſcriptis] *ſcil. ab Octavio, Antonio, Lepido, triumviris Reipub. perdenda.*

Calviſius Sabinus] *de quo vide Senecam epiſt. 27.*

Principia] locus in caſtris ubi Aquila & inſignia.

Humili ſepultura] τὸ δὲ σῶμα τοῦ Γάλβα Πρίσκος Ἑλβίδιος ἀνείλετο, τοῦ Ὄθωνος ἐπιτρέψαντος, ἔθαψε δὲ νυκτὸς Ἀργεῖος ἀπελεύθερος. hoc eſt: *Galbæ cadaver ſuſtulit*

ulit Helvidius Priſcus, & terra mandavit noctu lib[illegible]tus ejus Argius; mandante Othone. Plutarch.

Lixæ] *qui extra ordinem ſine armis exercitum ſequuntur quæſtus gratiâ.* Polyb. Feſtus.

Calones] *militium ſervi*, ſic dicti quod poſt dominos baculos geſtarent, græcis κᾶλα. Servius Feſtus.

Apud Germanias] Dio lib. 60. τοῦ τοῦ τῷ ἔτει (qui Claudio principatum inchoaverat) ὁ Γάλβας ὁ Σουλπίκιος Χάττους ἐκράτησε. id eſt: *eo anno Sulpitius Galba Cattos vicit.*

Omnium conſenſu] Auſonius:

Spem fruſtrate Senex, privatus ſceptra mereri
Viſus es; imperio proditus inferior.
Fama tibi melior juveni: ſed juſtior ordo eſt,
Complacuiſſe dehinc, diſplicuiſſe prius.

Mathematicis] *Mathematicus* pro *Apoteleſmatico* ex hujus loci ſenſu ignotum [u] eſt veteri Græciæ & Romæ vocabulum, quantum memini, uſque ad

[u] Gellius l. 1. c. 9. *Geometriam, Gnomonicam, Muſicam cæteraſque item diſciplinas altiores* μαθήματα *veteres Græci appellabant, vulgus autem, quos gentilitio vocabulo Chaldæos dicere oportet, Mathematicos dicit.*

ad Imperatorum tempora. Antea vocabantur *Chaldæi non ex artis ſed ex gentis vocabulo*, inquit Tullius, poſtea *Mathematici* (nomine ſupra ſectæ vilitatem) aut *planetarii* & *Chaldæi* [x], noſtro tempore *Aſtrologi*, quo titulo antiquiſſimis Græcorum & Romanorum cenſebatur illa Matheſeos pars, quę nunc & tum quoque Aſtrologia dicta eſt. Sub Auguſto Agrippa τοὺς ἀστρολόγους καὶ τοὺς γόητας ἐκ τῆς πόλεως ἐξήλασε. id eſt: *Aſtrologos* (ſic enim Dionis tempore appellari cœperant) *& magos urbe expulit.* Dio l. 49. Sub Tiberio, *facta & de Mathematicis, magiſq; Italia pellendis Senatusconſulta, quorum è numero L. Pituanius ſaxo dejectus eſt. In P. Martium Conſ. extra portam Eſquilinam, cum claſſicum canere juſſiſſent, more priſco advertere.* Tacit. 2. Annal. Sub [y] Claudio, *De Mathematicis Italia pellendis factum Senatusconſultum atrox & irritum & Vitellii* [z] tempore, *pulſi Italia Mathematici.* Vlpianus lib. 7. de officio Proconſulis. *Præterea interdicta eſt Mathematicorum callida impoſtura: nec hodie primum interdici iis placuit, ſed vetus hæc prohibitio eſt, denique exſtat Senatusconſultum Pomponio* [a] *&*

[x] Tac. 12. Annal. *qui objiceret Chaldæos, magos, interrogatos ſuper nuptiis Imperatoriis.*

[y] Tac. Ann. 12.

[z] Tacit. 2. hiſt.

[a] A. V. C. 770. Sed Tacitus 2. Annal. transfert in annum præcedentem.

Rufo

Rufo Coſſ. factum, quo cavetur, ut Mathematicis, Chaldæis, ariolis, & cæteris qui ſimilem artem fecerint, aquæ & igni interdicatur, omniaque bona eorum publicentur. Et paulo poſt. *Sæpiſſime denique interdictum eſt fere ab omnibus Principibus, ne quis omnino hujuſmodi ineptiis ſe immiſceret.* Imo & ante Principes, *M. Popilio Lænate, Cn. Calpurnio*[b] *Coſſ. C. Cornelius Hiſpallus prætor edicto Chaldæos intra decimum diem abire ex urbe atque Italiâ juſſit: levibus atque ineptis ingeniis, fallaci ſiderũ interpretatione quæſtuoſam mendaciis ſuis caliginem injicientes*, ait Valerius lib. 1. Tertullianus in libro *de habitu muliebri*, eoque *de Idololatria* putat Angelos primæ integritatis ſtatu dejectos, extitiſſe Aſtrologiæ authores, & propterea cælo expulſos, ut aſſeclas eorum Italiâ? *Expelluntur*, inquit, *Mathematici, ſicut Angeli eorum, urbs & Italia interdicitur Mathematicis, ſicut cælum Angelis eorum, eadem pœna eſt exitii diſcipulis & magiſtris.* Romæ tamen manſerunt, referente Tacito, nihil imminuto Vrbis favore, eoque potior fides, quo ſæpius carceres & vincula paſſi eſſent. Iuvenalis Satyr. 6.

b A.V.C. 615.

Inde

Inde fides arti, ſonuit ſi dextera ferro,
Lævaque ſi longo caſtrorum in carcere manſit.
Nemo Mathematicus genium indemnatus habebat.

& de Ptolemæo idem Iuvenalis:

Præcipuus tamen eſt horum, qui ſæpius exul,
Cujus amicitia conducendaq; tabella
Magnus civis obît & formidatus Othoni.

Suetonius Othone c. 4. Seleucum eum appellat, manifeſto, ut videtur, errore; cum Seleucus floreret Veſpaſiani gratiâ. *Nec erat intactus tali ſuperſtitione (Veſpaſianus) ut qui mox rerum dominus Seleucum quendam Mathematicum rectorem & præſcium palam habuerit.* Tacit.

Cum Campaniæ lacus & Achajæ urbes claſſibus adire ſoliti] Hiſtorici, quos cultior antiquitas celebrat, dum *explicationi conſiliorum* inhærent & confingendis orationibus, induſtriæ potius ſuæ ſpecimen dederunt, quàm ut deſcriberent, temporum indolem in quorum enarratione verſantur, cum alia illa penitius nobis, me judice, innoteſcere poſſint, *ex actis urbis diurnis, actis Senatus*

us ſimilibuſque, ſi quid hujus generis
xtaret, quàm ex ulla hiſtoria in hoc uſ-
ue tempus ſuperſtite. Non quod colle-
tanea memorabilium eo, quoad alia,
oco habeam, quo ſcriptam ex arte hi-
oriam, aut fingendarum orationum
centiæ intercedam, quam Dionyſius [c]
Halicarnaſſeus aliiq; melioris notæ au-
iores indulgent; modo judicium &,
uæ ex decoro perſonarum ſumitur, ra-
o moderetur huic inſtituto, vitatis ab-
rdis & ſibi repugnantibus. Thucydi-
es primus, atque ex multorum judicio
ptime in hiſce orationum commentis
erſatus, diſerte carpit eam libertatem.
όσα μὲν λόγῳ εἶπον ἕκαστοι, ἢ μέλλοντες
ολεμήσειν, ἢ ἐν αὐτῷ ἤδη ὄντες, χαλεπὸν
ὴν ἀκρίβειαν αὐτὴν τῶν λεχθέντων δια-
ημονεῦσαι ἦν ἐμοί τε ὧν αὐτὸς ἤκουσα,
τοῖς ἄλλοθέν ποθεν ἐμοὶ ἀπαγγέλλουσιν.
; δ᾽ ἂν ἐδόκουν μοι ἕκαστοι περὶ τῶν ἀεὶ παρ-
όντων τὰ δέοντα μάλιστα εἰπεῖν, ἐχομένῳ
ι ἐγγύτατα τῆς ξυμπάσης γνώμης τῶν ἀλη-
ς λεχθέντων, οὕτως εἴρηται. *quæcunque*
nguli dixerint aut prælium inituri,
ut in eo, difficile eſt illa accuratè refer-
, & mihi ad quem iſta deferuntur, &
is qui undecunque accepta renunti-
nt. Sed introduxi loquentes prout dice-

[c] In libro περὶ τοῦ Θουκυδίδου χαρακτῆρος.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

re debuiſſe videntur quæ maximè ad rem faciebant, ita ut quam proxime inhærerem, quæ veriſimilitudo perſuadebat. In quem locum quamvis Scholiaſtes affirmare geſtiat ἐπιτηδείως παραφράζεται τὴν ἄγνοιαν ἵνα χρήσεται τοῖς οἰκείοις ἐνθυμήμασι, *opportune ignorantiam prætexit, ut locum det iis quæ ipſe excogitavit.* Probat tamen illud, cujus tam inſignia exſtant exempla, quodque, ſi perſpicua veritate excidimus, veritati proximum eſt, & plerumque magis dilucidè ſe offert ingenio, quàm ipſa, ſi daretur, veritas. Videamus qualem hic ſe Tacitus geſſerit, qui perſpicaci licet ingenio, hoc loco tamen, mea opinione, vix ab errore ſe immunem præſtitit. Qui *Campaniæ lacus & Achajæ urbes claſſibus adire ſolebant*, prætoriani [d] erant milites; illi, ad quos Otho orationem habuit, erant Hiſpaniæ legionarii in montium tranſitu, qui Neroni in Achajam comites eſſe non poterant. Hiſt. 4. in oratione Voculæ: *non adeo turbatam civilibus armis rem Romanam, ut Treveris etiam & Lingonibus deſpectui ſit. Melius Divo Iulio, Divoque Auguſto notos eorum animos. Galbam & infracto tributo hoſtiles ſpiritus*

[d] Xiphil. & Suet. Nerone cap. 19. *Prætorianos pro concione ad inchoandum opus cohortatus eſt.*

tus induiſſe. Nunc hoſtes, quia molle ſervitium, cum ſpoliati, exutique fuerint, amicos fore. Et tamen certum eſt ex ipſo Tacito, aliiſque hiſtoricis iſtius temporis, Treveros & Lingones ſolos ex Francis fuiſſe, quos Galba *atrocibus edictis aut damno finium perculerat,* aliis laxatâ tributorum ſeveritate, aut civitate donatus. Vulcatius Gallicanus in vita Avidii Caſſi introducit M. Antoninum philoſophum ſubtiliter diſſerentem quid multos perdiderit Imperatores & inter alios Pertinacem. *Enumeravit* [e] *deinde omnes Principes qui occiſi eſſent habuiſſe cauſas quibus mererentur occidi, nec quemquam facile bonum vel victum à tyranno, vel occiſum; dicens meruiſſe Neronem, debuiſſe Caligulam, Othonem & Vitellium nec imperare voluiſſe. Nam de Pertinace & Galba paria ſentiebat, cum diceret, in imperatore avaritiam eſſe acerbiſſimum malum,* Cum tamen tredecim annos Pertinax ſupervixiſſet Antonino, natus filio Commodi ſucceſſor. Appianus συριακῇ ordinatam Romanorum aciem deſcribens Domitium locat in dextro cornu, Lucium Scipionem in medio, Eumenem in lævo; atque apud

e M. Antoninus.

hoſtes Antiochum in dextro, Philippum in medio, Seleucum in lævo, ubi prælium conſeritur, ex providi ducis militari ſolertia, medium medio & læva lævis componit (repugnante prorſus natura) Eumenem Seleuco ejuſque militi, quod verum quidem, ut Livius oſtendit l. 37. ſed ex ordinatione Appiani falſum; Eumenem enim apud Livium conſtat dextrum obtinuiſſe cornu. Appiani verba ſunt, ἐπεστάτει δὲ τοῦ μὲν δεξιοῦ Δομίτιος αὐτὸς, καὶ εἰς τὸ μέσον αὐτὸν ἔστη (ſc. Domitius) τὸν ὕπατον. τὸ δὲ λαιὸν ἔδωκεν Εὐμένει. id eſt: *Domitius imperabat dextro cornu, medium ſibi ipſe Conſul Domitius ſumpſerat, Eumene lævum cornu regere juſſo:* Apud inimicos, ἐφειστήκει τοῖς μὲν δεξιοῖς Ἀντίοχος αὐτὸς. τοῖς δὲ ἐπὶ θάτερα Σέλευκος ὁ υἱὸς Ἀντιόχου. τῇ δὲ φάλαγγι Φίλιππος ὁ Ἐλεφαντάρχης. id eſt: *Conſtitutos ad dextram milites ipſe ducebat Antiochus, ad lævam filius ejus Seleucus, in medium conjectos, Philippus Elephantum præfectus.* ubi in hoſtem deducitur exercitus, Eumenes, inquit, τοὺς ἱππέας ἐπῆγεν ἐπὶ τοὺς ἀντικρὺ Γαλάτας τε καὶ Καππαδόκας. id eſt: *equitem ſuum immittit oppoſitis ſibi Galatis & Cappadocibus*; & ne quid dubii oboria-

oriatur, quo loco conſtitiſſent hi Cappadoces, ſubjungit hæc verba, καὶ τὰ δὲ μὲν ἐπὶ περὶ τὸ λαιὸν τοῦ φάλαγγος τῶν Μακεδόνων. id eſt: *Et hæc quidem gerebantur ad lævam, Macedonibus aſſignatam.* Error non diſſimilis occurrit apud Dionyſium l. 6. τῆς τε Ῥωμαίων στρατιᾶς, inquit, τὸ μὲν ἀριστερὸν κέρας εἶχεν ὁ ἱππάρχης Τίτος Αἰβούτιος ἐναντίως Σέξτῳ Ταρκυνίῳ. id eſt: *Romani exercitus lævum cornu ducebat T. Æbutius magiſter equitum, oppoſitus Sexto Tarquinio*, cui antea locum dederat ἐπὶ λαιοῦ τῶν Λατίνων κέρατος. *in lævo cornu Latinorum*, in prælio ad *lacum Regillum*. In Calliſthenis quoque hiſtoria de rebus geſtis Alexandri, Polybius l. 12. plurima notat σφάλματα τακτικὰ, id eſt, *errores in ordinanda acie.*

Milliarium aureum] Columna erat aurea ab Auguſto ſtructa, ut teſtatur Dio l. 54. *in capite fori Romani*, ait Plinius εἰς ὃν αἱ τετμημέναι τῆς Ἰταλίας ὁδοὶ πᾶσαι τελευτῶσι, id eſt: *in quam præcipue frequentata per Italiam itinera terminabantur*, Plut. Galba. appellabatur autem ſic quod milliaribus inde eſſet initium. Præter *milliarium aureum* erant & *milliaria lapidea*, id eſt, exiliores columnæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ex ſaxo, jubente C. Graccho ad cujuſque milliaris finem erectæ. Plutarch. Gracchis, πρὸς δὲ τούτοις διαμετρήσας κατὰ μίλιον ὁδὸν πᾶσαν (τὸ δὲ μίλιον ὀκτὼ σταδίων ὀλίγον ἐπιδεῖ) κίονας λιθίνους σημεῖα τοῦ μέτρου κατέστησεν. id eſt: *Præterea, facta omnium viarum dimenſione per milliaria (quorum unumquodque octo ſtadiis paulò minus eſt) exſtruxit lapideas columnas menſuræ indices.* Inde origo vulgatæ locutionis, *ad tertium quartum, quintum ab urbe lapidem,* qua trium, quatuor, quinque milliarium ab urbe diſtantia ſignificatur.

Neque illis judicium aut veritas] Tacit. 3. hiſt. *Populi mobilem animum, & ſi ſe ducem* (Flavius Sabinus) *præbuiſſet, eaſdem illas adulationes pro Veſpaſiano fore*, quibus erga Vitellium nunc utebantur. Eodem libro, *Vulgus eadem pravitate inſectabatur interfectum* (Vitellium) *qua foverat viventem.* Iuvenalis Satyr. 10.

ſed quid
Turba Remi? ſequitur fortunam, ut ſemper, & odit
Damnatos: idem populus, ſi [f] *Nortia Tuſco*
Faviſſet, ſi oppreſſa foret ſecura ſenectus

f Vulſiniis enim unde Sejanus erat autore Tacit. Ann. 4. Templum Nortiæ Deæ Liv. l. 7.

Prin-

Principis, hac ipſa Sejanum diceret
hora
Auguſtum.

Licentia acclamationum] quarum formula, in Senatu uſurpari ſolita in gratiæ teſtimonium, exhibetur nobis in Romana hiſtoria poſteriorum temporum, ut apud Lampridium erga Alexandrum Severum, *Auguſte innocens Dii te ſervent* &c. Apud Vulcatium Gallicanum erga Antoninum, *Antonine Pie, Dii te ſervent, Antonine Clemens, Dii te ſervent* &c. Erga Divum Claudium, in Trebellio Pollione, *Auguſte Claudi Dii te nobis præſtent (dictum ſexagies) Claudi Auguſte* &c. In Flavio Vopiſco, erga Tacitum Imperatorem, *Tacite Auguſte Dii te ſervent, te diligimus, te principem facimus*, &c. Averſa omnium ſtudia ſic ſignificabantur, ut apud Lampridium poſt Commodi mortem, *Hoſti Patriæ honores detrahantur, parricidæ honores detrahantur, parricida trahatur*, &c. Populi acclamationes ad hanc formam plerumque fuiſſe conjectu facile eſt.

Credula fama] Dionyſius obſervat inter alia ex novo dictionis genere, familiarem fuiſſe Thucydidi activorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

in paſſiva & contra, mutationem; τὰ μὲν παθητικὰ ῥήματα δραστήρια ποιῶν, τὰ δὲ δραστήρια παθητικά. In Tacito hîc occurrit vox *credula* ut ſignificet *cui facile credatur*, paſſivè, cum tamen *credulus* pervulgato apud Latinos uſu, etiam hoc in libro, notet duntaxat *qui facile credit*. Ad hunc loquendi modum illud eſt, *Ne vulgi largitione Centurionum animos averteret*, id eſt, *largitione quæ fiat vulgo, ſive gregario militi*. Rurſus, 15. Annal. *injuriæ minorum*, id eſt, *quæ minoribus inferuntur*. Sed ut pateat quam Grammaticam Tacitus fuerit ſecutus, tria aut quatuor loca in medium proferam, notatu ſanè digna. Hiſt. 3. *ii omnes Mutiano volentia ſcripsêre* id eſt grata. Iterum, *Turbæ ſacricolarum immixtus, ignaruſque delituit, id eſt ignotus.* Alio loco, *Gnarum id Cæſari* id eſt *notum*, & *quæ gnara Vitellianis, incomperta hoſtibus*, 1. Annal. *Fama dediti Segeſtis vulgata, ut quibuſque bellum invitis, aut cupientibus erat*, ὡς ἦν ἑκάστῳ ἢ βουλομένῳ ἢ ἄκοντι πόλεμος. 15. Ann. *hæc atque talia plebi volenti fuêre*, δήμῳ βουλομένῳ ἦν. In vita Agricolæ: *ut quibus bellum volentibus erat.* 5. hiſt. *Cæſar*

Titus

Titus ut ſuperior ſui crederetur κρείττων ἑαυτοῦ. Ann. 2. *Appellitque Colophona, ut Clarii Apollinis oraculo uteretur.* Homer. odyſſ. κ. ψυχῇ χρησομένους Θηβαίου Τειρεσίαο. Annal. 3. *Adulteros earum morte aut fuga punivit*, id eſt, *exilio*, φυγῇ. ut compendio defungar, cui volupe fuerit propius excutere Taciti phraſes, in miras ſermonis novitates incidet ex Grammaticæ ejus penu, neque pauciores quam Dionyſius obſervavit in Thucydide.

Quaſi Vologeſem aut Pacorum depulſuri] Dio l. 40. οἰκοῦσι δὲ (οἱ Πάρθοι) ὑπὲρ Τίγριδος, τὸ μὲν πολὺ, τείχη καὶ φρούρια, ἤδη δὴ καὶ πόλεις ἄλλας, καὶ Κτησιφῶντα, ἐν ᾗ καὶ βασίλειον ἔχουσι. τὸ γὰρ γένος σφῶν ἦν μέν που καὶ παρὰ τοῖς πάλαι βαρβάροις,[g] καὶ τό γε ὄνομα τοῦτο, καὶ ὑπὸ τὴν Περσικὴν βασιλείαν εἶχον. ἀλλὰ τό γε μὲν αὐτοί τε ἐν μέρει χώρας βραχεῖ ᾤκουν, καὶ δυναστείαν ὑπερόριον οὐκ ἐκέκτηντο. ἐπειδὴ δὲ ἥ τε τῶν Περσῶν ἀρχὴ κατελύθη, καὶ τὰ τῶν Μακεδόνων ἤκμασεν, οἵ τε τοῦ Ἀλεξάνδρου διάδοχοι στασιάσαντες πρὸς ἀλλήλους, ἀπανθεῖν ἤρξαντο καὶ μαραίνεσθαι, ἔς τε τὸ μέσον τότε πρῶτον ὑπ᾽ Ἀρσάκου τινὸς ἀφίκοντο. ὅθεν περ καὶ οἱ ἔπειτα βασιλεύσαντες αὐτῶν Ἀρσακίδαι ἐπωνομάσθησαν. Καὶ εὐτυχήσαντες τήν τε

[g] & *Solis & Lunæ fratres* narrante Marcellino l.23. *quod Arſaces aſtris, ritus ſui conſecratione, (ut ipſi exiſtimant) permixtus eſt omnium primus.*

πλησιόχωρον ἐκτήσαντο πᾶσαν, καὶ τὴν Μεσοποταμίαν σατραπίαν κατέχον. τελευτῶντες δὲ ἐπὶ τοσοῦτο καὶ τῆς δόξης καὶ τῆς δυνάμεως ἐχώρησαν, ὥστε καὶ τοῖς Ῥωμαίοις τότε ἀντιπολεμῆσαι, καὶ δεῦρο ἀεὶ ἀντίπαλοι νομίζεσθαι. id eſt: *Parthi trans Tigrim fluvium habitant in caſtellis & propugnaculis. hoc tempore, etiam urbes incolunt, atque inter eas Cteſiphonta, ubi regis aula. Fuerunt quoque & barbarorum pars, ſervato adhuc eo nomine etiam ſub Perſarum imperio, anguſtis licet tunc terrarum ſpatiis neque in extera promotis. Sed ubi Perſarum imperium evertit Macedonum potentia, & Alexandri ſucceſſores inter ſeſe bellis diſtracti valuerunt in mutuam perniciem, tum demum Parthi duce Arſace quodam in ulteriora ſe effuderunt, à quo conſecuti deinceps reges vocati Arſacidæ. Favens fortuna vicinæ eos regionis dominos fecit, ſubditaque Meſopotamia eſt. Eò denique potentiæ progreſſi ſunt bellicæque exiſtimationis, ut Romanos laceſſere fuerint auſi, atque in hunc diem adverſarios ſuſtineant.* Herodianus l.6. τῶν δὲ Ἀλεξάνδρου διαδόχων πρὸς ἀλλήλους διαφερομένων, πολέμοις τε συνεχέσι τῆς Μακεδόνων δυνάμεως ἐξασθενούσης,

νέσης, πρῶτα Ἀρσάκης λέγεται τὸ γένος Παρθυαῖος ἀναπεῖσαι τοὺς ἐπέκεινα βαρβάρους ἀποστῆναι Μακεδόνων. περιθέμενός τε τὸ διάδημα ἑκόντων Παρθυαίων, καὶ τῶν περιχώρων βαρβάρων, αὐτός τε ἐβασίλευσε, καὶ τοῖς ἐξ ἐκείνου τοῦ γένους ἐπὶ πλεῖστον παρέμεινεν ἡ ἀρχή. id eſt: *Alexandri ſucceſſoribus inter ſe diſſidentibus, & Macedonum opibus per continua bella attritis, Arſaces gente Parthus primus dicitur barbaros finitimos induxiſſe ad defectionem à Macedonibus, acceptoque diademate ex Perſarum aliorumque in vicinis regionibus barbarorum conſenſu regnâſſe, tranſeunte diu in ejus poſteros regno.* Tempus in quod exactè incidit Perſica defectio, ad Antiochi refertur imperium, Tacit. 5. hiſt. *Antiochus Parthorum bello prohibitus eſt: nam ea tempeſtate Arſaces deſciverat.* Appianus συριακῇ diſertè notat Antiochum quis fuerit, nempe Antiochus cognomento Deus, nepos Seleuci [b], qui fundator Aſſyricæ dominationis, καὶ Παρθυαῖοι τῆς ἀποστάσεως τότε ἦρξαν, ὡς τεταραγμένης τῆς τῶν Σελευκιδῶν ἀρχῆς. i. e. *eo tempore rebellionē inceptarunt Parthi quo turbaretur Seleucidarum imperium.* Ab hoc Arſace in Artabanum con-

b Ammianus l.23. affirmat fuiſſe Seleucum Nicanora.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

tinua ſucceſſione devolutum eſt Perſarum regnum, quem ſub Alexandro Severo ſceptra tenentem Artaxerxes Perſa evertit,& ſic illud Orientis imperium denuo coaluit cum Perſarum imperio. Herodianus lib. 6. Vologeſes aut Vologeſus (utroq; enim [i] modo ſcriptum nomen occurrit,Græci eum Οὐολόγαισον appellant) Perſis tum imperabat, filius Vononis ſub Claudio mortui, A. V. C. 802. frater Pacori Medorum regis, & Tiridatis, quem Nero Armeniis regem impoſuit.

[i] 4 hiſt. *gratiæ Vologeſô acta.*

Vacationes] id eſt *pretia vacationum*, ſic enim vocat 1. Annal. *mox indiſcretis vocibus pretia vacationum incuſant. Vacationum*, cujus rei? *munerum.* Sic enim alibi loquitur, *hinc vacationes munerum redimi*. ut *vacationes* hoc & aliis locis idem ſint quod *pretia vacationum munerum*. Gregarius enim miles ſeveritate diſciplinæ ad complura adigebatur miniſteria ſervilia in caſtris, quæ Tacitus (1 Annal.) vocat *munera*, ut jam diximus, & Vegetius (l.2. c.19.) *munia*; ut in pabuli, materiæ, lignorum aggeſtu, & ſi qua alia ex neceſſitate &c. Solutius & negligenter agentes centurio plagis excipiebat alio-

e modo rigidè cruciandos dabat. Tac.
. Ann. *fracta vite in tergo militis, al-*
eram clara voce, ac rurſus aliam po-
cebat Centurio Lucillius; ut in omni-
us ſeditionibus in Centuriones præci-
uè ſævierint ex odio gregarii milites.
n Germanorum ſeditione ſub initium
Tiberii, intra ſeſe prius queruli velut
rarum ſtimulos acuebant, *veniſſe tem-*
us quo cuncti modum miſeriarum ex-
oſcerent, ſævitiamque centurionum
lciſcerentur; mox ultra verba & mur-
mur obſtrepentis animi feroces, *repen-*
e lymphati ſtrictis gladiis in centurio-
es invadunt. ea vetuſtiſſima milita-
ibus odiis materies, & ſæviendi prin-
ipium. Proſtratos verberibus multant
exagenis ſingulos, ut numerum Centu-
ionum adæquarent. Tum convulſos la-
iatoſque & partim exanimos, ante
vallum, aut in amnem Rhenum proji-
ciunt. Iam illi, quibus facultas erat,
milites pecunia redimebant à centurio-
nibus munerum vacationem. Hinc &
miles Pannonicus in turbido clamitat,
Denis in diem aſſibus animam & cor-
pus æſtimari, hinc veſtem, arma, ten-
toria, hinc ſævitiam centurionum &
vacationes munerum redimi. Et Ger-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

mani, *mox indiſcretis vocibus pretia vacationum, anguſtias ſtipendii, duritiam operum, ac propriis nominibus incuſant vallum, foſſas, pabuli, materiæ, lignorum adgeſtus, & ſi qua alia ex neceſſitate, aut adverſus otium caſtrorum quæruntur.* Petunt igitur hic immunitatem, ne redimendæ vacationis nomine in eos Centurionum graſſetur avaritia.

Ex fiſco ſuo] *Fiſci, ſpartea ſunt utenſilia ad majoris ſummæ pecunias capiendas.* Aſconius. Atque hac ſignificatione utitur Tullius *in Verrem. Fiſcos complures cum pecunia Sicilienſi à quodam Senatore ad equitem Romanum eſſe tranſlatos.* Simili ſenſu occurrit apud Tacit. 1. Annal. *Cum fiſci de Imperatore rapti inter ſigna, interque aquilas veherentur.* Apud Sueton. Claudio. c. 18. *poſitis ante ſe cum pecunia fiſcis* &c. paulò poſt *quia major ſumma pecuniæ publicæ quàm privatæ, ut pro cenſu privato, loculos & arcam & ſacellos dicimus, ſic pro publico theſauro ærarii dicitur fiſcus*, ait Aſconius, vocabulis *fiſci* & *ærarii* promiſcuè uſurpatis, ut Tullius facit Verrina 3. *Quaternos H.-S. quos mihi Senatus decre-*

vit

vit & ex ærario dedit, ego habebo, & in ciſtam transferam ex fiſco. Sed poſt diviſionem qua Auguſtus Imperii provincias fecit alias *publicas*, alias *Principis*, ceſſavit indifferens iſtarum vocum ſignificatio, inducto diſcrimine ut fiſcus Principis, ærarium eſſet publicum; ex ſono tamen magis vocabulorum quàm ex ipſa re. λόγῳ μὲν γὰρ τὰ δημόσια ἀπὸ τῶν ἐκείνου (Αὐγούστου) ἀπεκέκριτο, ἔργῳ δὲ καὶ ταῦτα πρὸς τὴν γνώμην αὐτοῦ ἀνηλίσκετο. Dio l. 53. id eſt: *nomine quidem publicæ opes ſeparabantur ab illis Auguſti propriis, ſed ut ex ejus arbitrio tantùm expenderentur.*

Ingenuis] In *ingenuos* cæde plerumque clandeſtina ſævitum, *ſervi* aut *libertini generis* publicè ſuppliciis affecti. Sic Aſiaticus, Vitellio gratus, è medio ſublatus eſt cum Veſpaſianus principatum adeptus eſſet. Tacit. 4. hiſt. *Aſiaticus, ut libertus, malam potentiam ſervili ſupplicio expiavit.*

Vocat Senatum Prætor Vrbanus] Vterque enim Conſul cæſus erat. Atque tali caſu, aut alioquin illis abſentibus, *jus vocandi Senatum* pertinebat ad *Prætorem Vrbanum.* Cic. l. ad familiares 10. ep. 12. *paulo poſt idem mihi Munatius*

literas legendas dedit, quas ipſi miſeras, & eas quas publicè. Placuit nobis ut ſtatim ad Cornutum prætorem Vrb. literas deferremus: qui quod Coſſ. aberant, Conſulare munus ſuſtinebat more majorum. Senatus eſt continuo convocatus.

Et omnes Principum honores] Tituli, quibus præcipuè decorari ſolebat in principatu conſtitutus, hi erant, 1. *Princeps*, 2. *Imperator*, 3. *Cæſar*, 4. *Auguſtus*, 5. *Tribunitiæ poteſtatis*, 6. *Pater Patriæ*, 7. *Pontifex maximus*. Tac. 1. Annal. *Auguſtus cuncta civilibus diſſidiis feſſa nomine 1. Principis ſub imperium accepit.* Et puto hunc *Principis* titulum ex illis ante Principes temporibus derivatum cum *Princeps Senatus* vocaretur. 2. *Imperator* vox geminæ ſignificationis, ſed quam utramque Dio recenſet l. 52. ἐν τῷ ἔτει ἐκείνῳ, καὶ τὴν τοῦ αὐτοκράτορος ἐπίκλησιν ἐπέθετο (Αὔγουστος) λέγω δὲ οὐ τὴν ἐπὶ ταῖς νίκαις κατὰ τὸ ἀρχαῖον διδομένην τισὶν, ἀλλὰ τὴν ἑτέραν τὴν τὸ κράτος σημαίνουσαν. id eſt: *hoc anno Auguſtus adſcivit Imperatoris nomen, non ea ſignificatione qua olim poſt victorias quibuſdam tribuebatur, ſed quæ dominationem notat.* Neque hæc ultima

ſima ſignificatio tantum, quæ cum Iulio Cæſare incepit A.V.C.709, & Principatum nullis conſtrictum legibus notat, ſed & altera, fuit Imperatorum uſitata temporibus, & exprimendo Principis honori adhibita, & privatorum, ſi qui hunc titulum promeriti fuiſſent. Tacit. 3. Annal. *Tiberius id quoque Blæſo tribuit, ut Imperator à legionibus ſalutaretur, priſco erga duces honore: qui bene geſta rep. gaudio & impetu victoris exercitus conclamabantur, erantque plures ſimul Imperatores, nec ſuper cæterorum æqualitatem conceſſit quibuſdam & Auguſtus id vocabulum, ac tunc Tiberius Blæſo poſtremum.* Principis tituli hoc ſtilo concipiebantur, Imper. Cæſar Auguſtus, Imp. decimum ſextum; atque ibi quidem vox Imperator Majeſtatem Principis, hic τὴν ἐπὶ ταῖς νίκαις notat ſive eas ipſi obtinuiſſent per ſe, ſive delegatorum operâ. Sic Nero Romæ ſubſiſtens *ob rem bene geſtam à Corbulone in Armenia conſalutatus eſt Imperator.* Tac. 13. Ann. 3. *Cæſar* aut ex progenie aut adoptione à Iulio Cæſare uſque ad Neronem, *in quo*, ait Suetonius, *progenies Cæſarum defecit.* Galba cæterique *nullo gradu con-*

tingen-

tingentes Cæſarum domum appellati Cæſares reſpectu potius ſucceſſionis in principatum, quàm ſanguinis; neq; ipſi tantum Principes, ſed & filii, & succeſſores deſignati. 5. Hiſt. *ejuſdem anni principio Cæſar Titus* vivo patre.& antea 3. hiſt. *milites Domitianum, Cæſarem conſalutant.* Piſo hoc libro, *ex quo Cæſar adſcitus ſum.* 4. *Auguſti* nomen, regnanti proprium, ab Octavio deſcendit, cujus notationem Dio adfert l. 53. ὁ Καίσαρ ἐπεθύμει μὲν ἰσχυρῶς Ῥωμύλος ὀνομασθῆναι, αἰσθόμενος δὲ ὅτι ὑποπτεύεται ἐκ τούτου τῆς βασιλείας ἐπιθυμεῖν οὐκ ἔτ' αὐτοῦ ἀντεποιήσατο, ἀλλ' Αὔγουστος, ὡς καὶ πλεῖόν τι ἢ κατ' ἀνθρώπους ὢν ἐπεκλήθη. Πάντα γὰρ τὰ ἐντιμότατα, καὶ τὰ ἱερώτατα Αὔγουστα προσαγορεύεται, ἐξ οὗπερ καὶ Σέβαστον αὐτὸν καὶ ἑλληνίζοντές πως ἀπὸ τοῦ σεβάζεσθαι προσεῖπον. id eſt: *Octavius expetebat Romulus vocari, ſed cum hinc ſuſpectum ſe fieri ſentiret invadendi regni, inſtare deſiit, aſſumpſitque Auguſti cognomen, velut jam homine major. Latinis enim pretioſiſſima & conſecrata vocantur* auguſta. *Græci eum* Σέβαστον *appellant origine vocis à religioſo adorandi cultu.* 5. *Tribunitiæ poteſtatis.* Dio l. 53. ἡ ἐξουσία ἡ δημαρχικὴ καλουμέ-

νη,

η, δίδωσί σφισι τά τε ἐπιγιγνόμενα ὑφ' ἑτέρου τινὸς ἂν μὴ συνεπαινῶσι, παύειν καὶ μὴ καθυβρίζεσθαι, κἂν ἄρα τι καὶ τὸ βραχύτατον μὴ ὅτι ἔργῳ, ἀλλὰ καὶ λόγῳ ἀδικεῖσθαι δόξωσι, καὶ ἄκριτον τὸν ποιήσαντα αὐτὸ, ὡς καὶ ἐναγῆ ἀπολλύναι. δημαρχεῖν μὲν γὰρ, ἅτε καὶ εἰς τοὺς εὐπατρίδας πάντως τελοῦντες, οὐχ ὅσιον νομίζουσιν εἶναι. τὴν δὲ δὴ δύναμιν τὴν τῶν δημάρχων πᾶσαν, ὅσηπερ τὰ μάλιστα ἐρρύετο προστίθενται (οἱ αὐτοκράτορες) καὶ δι' αὐτῆς καὶ ἡ ἀρίθμησις τῶν ἐτῶν τῆς ἀρχῆς αὐτῶν ὡς καὶ κατ' ἔτος αὐτὴν μετὰ τῶν ἀεὶ δημαρχούντων λαμβανόντων, προβαίνει. id eſt: *Tribunitia authoritas Cæſaribus jus dat improbandi quicquid non eſſet ad libitum, ipſoſque eximit injuriarum & calumniarum licentiæ, data quoque facultate tollendi è medio ſine judiciaria diſceptatione qui vel verbis vel re quocunque modo læſerit. Et quanquam Tribunatu per ſe non fungantur Principes, utpote Patritii, quicquid tamen autoritatis ſecum fert adſciſcunt, numeratis quoque per eum Imperii annis* (ex. gr. Tribunitiæ poteſtatis quartum, Tribunit. pot. quintum, cum deſignant quartum aut quintũ Imperii ſui annum) *quaſi cum annuo Tribunatu & de novo ſuſciperent toties Imperium.* Tac. 3. Annal.

Annal. *Tiberius poteſtatem Tribunitiam Druſo (filio) petebat, id ſummi faſtigii vocabulum* [k] *Auguſtus reperit, ne* [l] *Regis aut Dictatoris nomen aſſumeret, ac tamen appellatione aliqua cætera Imperio præmineret.* 1. Annal. *Auguſtus poſito Triumviri nomine, Conſulem ſe ferens, & ad tuendam plebem Tribunitio jure contentum.* Flavius Vopiſcus in vita Taciti Imperatoris: *Tribunitia poteſtate, quæ pars maxima regalis Imperii eſt.* quod ad officium Tribuni plebis, ſub Imperatoribus nominis [m] potius quam authoritatis ſervata veſtigia, niſi quod nondum ſublatum penitus *intercedendi jus* eſſet. Tempore Tiberii, *cum præmium accuſatori decerneretur, Iunius Otho tribunus plebis interceſſit*, Et Neronis, *Ruſticus Arulenus flagrans juvenis, & cupidine laudis offerebat ſe interceſſurum Senatus-conſulto, nam plebis tribunus erat.* Tacit. 16. Annal. 6. Nomen & honor *Patris Patriæ* Ciceroni obvenerat ex

[k] Teſtatur Appianus privilegia Tribunitia primum C. Cæſari collata: ἱερὸν εἶναι καὶ ἄσυλον καὶ ἀπαθῆ, καὶ ὅστις αὐτῷ καὶ ἕτερος προσφύγοι. 2. ἐμφυλ. & apud Dionem honores Cæſari à Senatu decreti A.V.C. 710. ἐδόθη καὶ τὰ τοῖς δημάρχοις δεδομένα καρποῦσθαι, ὅπως εἴ τις ἢ ἔργῳ ἢ λόγῳ αὐτὸν ὑβρίσῃ, ἱερόσυλός τε καὶ ἐν τῷ ἄγει ἐνέχεται.

[l] Vtrumque abolitum capite ejus diris devoto qui inſtaurare conaretur, alterum à L. Bruto, alterum poſt Cæſaris mortem.

[m] Vt alibi Tacitus; *domi res tranquillæ: eadem magiſtratuum vocabula*: ſed non cum poteſtate priori.

conjuratione Catilinaria, tribuente
. Catone; poſtea ad Principes tranſiit,
ſi quod modeſtia quorundam aut ju-
ntus defugeret appellationis invidi-
n. Appian. 2. ἐμφυλ. Κάτωνος δὲ αὐτὸν
Κικέρωνα) καὶ πατέρα τῆς πατρίδος προσ-
αγορεύσαντος, ἐπεβόησεν ὁ δῆμος. καὶ δο-
ῖ τισιν ἥδε ἡ εὐφημία ἀπὸ Κικέρωνος ἀρ-
ξαμένη περιελθεῖν εἰς τῶν νῦν αὐτοκρατό-
ν τοὺς φαινομένους ἀξίους. οὐδὲ γὰρ τοῖσδε,
ίπερ οὖσι βασιλεῦσιν εὐθὺς ἀπ᾽ ἀρχῆς
μα ταῖς ἄλλαις ἐπωνυμίαις, ἀλλὰ σὺν
όνῳ μόλις ἥδε ὡς ἐντελὴς ἐπὶ μεγίστοις
μαρτυρία ψηφίζεται. id eſt: *Cum Cato
iceronem appellaret Patrem Patriæ,
pulus acclamatione aſſenſus eſt. At-
ue exiſtimant nonnulli inde porrò ma-
iſſe & à Senatu hunc titulum Princi-
bus tribui, quotquot ex iis meriti fu-
int. Et quanquam in ſummæ pote-
atis faſtigium evecti, voluerunt ta-
en hunc etiam titulis ſuis adſcribi.
d temporis progreſſu exhibitum id il-
s honoris tanquam ſupremi & quo re-
um geſtarum excellentiam teſtaren-
r.* 7. Dignitas *Pontificis Maximi* li-
era Rep. ſejuncta fuit, unita deinde in
æſare, ubi invaſit Remp. & tradita ſic
agnam partem per manus ſucceſſo-
rum,

rum, ut poſtea, ex occaſione de hac materia agemus. Præter hæc honorum vocabula Principibus adſcribi ſolita, aliæ dignitatum prærogativæ in Auguſtum collatæ, primoſque Cæſares diverſis temporibus & prout res flagitaret, in unum redactæ decretum primis Senatus Comitiis concedebantur Principi cum ad imperium perveniſſet, ut 8. *Imperium proconſulare*, 9. *jus relationis* conſulatum ſcilicet non gerenti, & quod ſupra omnes leges eſſet. 10. *legibus ſolvi*, &c. Dio l. 53. ἤδη δὲ καὶ ἕτερόν τι, ὃ μηδενὶ τῶν πάλαι Ῥωμαίων ἐς πάντα [n] αὔτικρὺς ἐδόθη, προσεκτήσαντο (οἱ αὐτοκράτορες) λέλυνται γὰρ δὴ τῶν νόμων, ὡς αὐτὰ τὰ Λατινικὰ ῥήματα λέγει, τοῦτ' ἔστιν ἐλεύθεροι ἀπὸ πάσης ἀναγκαίας νομίσεώς εἰσι, καὶ οὐδενὶ τῶν γεγραμμένων ἐνέχονται. id eſt: *Atque hic Imperatores novo potiebantur privilegio quale veterum, nullus habuerat, nempe legibus ſolvi*, id eſt ſcriptarum legum obſervantiæ non adſtringi. Rurſus, διὰ ταῦτα ἡ γερουσία χρηματίζειν αὐτῷ (τῷ Αὐγούστῳ) περὶ ἑνὸς ὅτου ἂν ἐθέλησε καθ' ἑκάστην βουλὴν, κἂν μὴ ὑπατεύσῃ, ἔδωκε, τήν τε ἀρχὴν τὴν ἀνθύπατον ἐσαεὶ καθάπαξ ἔχειν, ὥστε μήτε ἐν τῇ εἰσόδῳ τῇ εἴσω τοῦ πωμηρίου κατα-

[n] Nam aliunde nonnulli *legibus ſoluti* ut *Scipio lege annali*, &c.

ατίθεσθαι αὐτὴν μήτ᾽ αὖθις ἀνανεοῦσθαι,
ϗ ἐν τῷ ὑπηκόῳ τὸ πλεῖον τῶν ἑκασταχόθι ἀρ-
όντων ἰσχύειν ἐπέτρεψε. id eſt : *Ideo con-
eſſit Senatus Auguſto poteſtatem ad
ualibet Comitia referendi quæ colli-
uiſſet, etiam cum non fungeretur con-
ulatu, deinde ut proconſulare Impe-
ium haberet in perpetuum, ut nec cum
ngreſſu in pomerium deponeret, nec de-
uo ſuſciperet. In omnia autem Impe-
io ſubdita emineret ejus poteſtas & au-
horitas ſupra inferiores locorum magi-
ratus.* Conſul *apud Vopiſcum in Pro-
o* cum ad Senatum retuliſſet Probi li-
eras quem milites creâſſent Imperato-
em, *Decerno igitur*, inquit, *P.C. votis
mnium concinentibus* (Aurelio Probo)
*omen Cæſareum, nomen Auguſtum,
ddo Proconſulare Imperium, Patris
atriæ reverentiam, Pontificatum Ma-* [o] Id eſt,
imum, jus tertiæ [o] *relationis, Tribuni-* juxta bi-
iam poteſtatem. Poſthac acclamatum nos Con-
ſt, Omnes, omnes. Vopiſcus. ſules.

E prioribus ſervis] forte *ſervis
rimoribus* ſi quid video. Servorum
nim alii primores, alii mediaſtini.
Primorum apud Tacitum mentio oc-
urrit 4. Annal. *Lygdus ætate atque
orma charus domino, interque pri-*

mores

mores miniſtros erat. Diſpenſatores autem loco fuiſſe digniore ex Suetonio apparet Neron. cap.44. *certum Dominis ſervorum numerum indixit* (Nero) *nec niſi ex tota cujuſque familia probatiſſimos, ne diſpenſatoribus quidem aut amanuenſibus exceptis, recepit.*

Tribus & ſeptuaginta annis] natus erat Galba referente Suetonio cap. 4. *Meſſala & Lentulo Coſſ.* 9. *Calendas Ian.anno ab Vrbe Condita* 751. occiſus 822. 18. Cal.Feb.ut Galba vixerit tres & viginti tantum dies ſupra annos ſeptuaginta. Suetonius tamen duobus aut tribus locis cum Tacito ſentit. Solus Xiphilinus habet 72 , & cum illis facit qui numerum annorum augent.

Vulgus quoque palam mœrere] Tac. *vulgus & magnitudine nimia curarum expers populus*; & tamen non ubique *expers* ut hinc colligitur,ne quidem curarum Remp. ſpectantium : *plebs cui unica ex Rep. annonæ cura*, inquit Tacitus alibi.

Nota publicarum cladium nomina] in Pharſalia Pompejum vicit Cæſar A.V.C.706. In Philippicis Octavius & Antonius Brutum & Caſſium, A. V. C. 712. In bello Peruſino Octavius arma

geſſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

eſſit adverſus Antonium & Fulviam
.V.C. 713. apud Mutinam Conſules
Hirtius& Panſa cum M. Antonio ho-
ſtiliter congreſſi ſunt Anno 710.

Deteriorem fore] æquatâ enim prius
ſcelerum famâ, ipſa victoriæ licentia
valeret in augenda victoris flagitia: *Vi-
ctoria etiam egregios duces inſoleſcere,*
ut Tacitus alibi.

Duos mortalium deterrimos] Otho
& Vitellius hic pares bono Principi ex
adverſo conſiſtunt; 2. hiſt. ut impares
ſibi invicem opponuntur cum diſtin-
ctionis nota. *Vitellii ignavæ volupta-
tes: Othonis flagrantiſſimæ libidines.
Vitellius ventre & gula ſibi ipſi hoſtis:
Otho luxus ſævitia, audacia, reip. exi-
tioſior ducebatur.* Illic nequitia habi-
tabat torpidâ penitus virtute, hîc auda-
ciæ ſtimulis exarſit.

*Manſurum fuiſſe ſub Pompeio Bru-
toque Imperium*]de Bruto nihil eſt quod
me dubitare patiatur,fido prorſus liber-
tatis oppreſſæ vindice. De Pompejo
plura mihi non permittunt idem judi-
cium,quæ in contrariam potius ſenten-
tiam impellunt, præeunte quoque Ta-
cito 2. hiſt. *Mox è plebe infima C. Ma-
rius, & nobilium ſæviſſimus L. Sylla,
victam*

victam armis libertatem in dominationem verterunt. Poſt quos Cn. Pompejus occultior, non melior. Salluſtius apud Sueton. lib. de claris Grammaticis, *Pompeius oris probi, animoque inverecundo.* Appianus 2: ἐμφυλ. commemorat quæ Pompejo, eatenus non ſolito diſſimulanter agere, exciderant verba paulò ante commiſſos in acie Pharſalica exercitus; τοσοῦτον δὲ ἐνειπὼν τοῖς φίλοις, ὅτι ἡ ἡμέρα, πότερος ἂν ἐπικρατήσοι, μεγάλων ἐς ἀεὶ Ῥωμαίοις ἄρξει κακῶν, παρέτασσεν ἐς τὴν μάχην, ᾧ δὴ καὶ μάλιστα αὐτοῦ τὴν διάνοιαν περιπεσεῖν τινες ἐν τῷ φόβῳ νομίζοντες ἡγοῦντο οὐδ᾽ ἂν Πομπεῖον κρατήσαντα μεθεῖναι τὴν Μοναρχίαν. id eſt: *ante conflictum in campis Pharſalicis excidere ſibi paſſus eſt apud amicos ea, ex quibus colligere licebat, ſi victoriam obtinuiſſet, non dimiſſurum fuiſſe Imperium; magnam,* inquit, *hæc dies calamitatem parturit reipub. Romanæ, quicunque tandem ſuperior evaſerit.* Hoc & Tullii judicium eſt in literis ad *Atticum,* quod à viro publicis negotiis exercitato & in *re præſenti* profectum, omni nobis exceptione majus eſſe debet. l. 8. ep. 11. *Neutri* σκοπὸς *eſt* · *ille, ut nos beati ſimus, uterque regnare vult.*
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

vult. De Pompejo & Cæſare l.9. ep.6. *Mirandum in modum Cnejus noſter Sullani regni ſimilitudinem concupivit.* εἰδὼς σοι λέγω. id eſt : *certus hoc tibi affirmo* l. 7. 5. *Ex victoria tum multa mala, tum certe tyrannis exiſtet.*

Soluſque omnium ante ſe Principum mutatus] poſt eum enim & filius Titus ſic mutatus. Sueton. Tito.c.1. *Titus amor ac deliciæ generis humani : tantum illi ad promerendam omnium voluntatem vel ingenii, vel artis, vel fortunæ ſuperfuit : & (quod difficillimum eſt) in Imperio, quando privatus, atque etiam ſub Patre Principe , ne odio quidem , nedum vituperatione publica caruit.*

Præmia] ut captarum urbium ſpolia aut provinciarum, donativa, aliudve liberalitatis extra ordinem genus.

Ingenio loci cælique] 2. hiſt. *Germanica hiberna cœlo ac laboribus dura.*

Ante bellum) adverſus vindicem.

Finibus Provinciarum diſcernebantur] ſubſtiterunt ergo ibi , (quantum mihi conſtat,) in bello adverſus Vindicem , ubi ſuperior tantum exercitus præſens fuit ex conſenſu omnium Scriptorum, imo & ipſius paſſim Taciti.

Nec ſocios ut ante] Gallos nempe, in quos pugnaverant.

Publice] id eſt, πανδημεί. Primores enim Galliæ privilegium illud ante Claudii tempora impetraverant. 1. Annal. *Primores Galliæ fœdera & civitatem Romanam pridem aſſecuti.*

Legati legionum] Valens in Germania inferiore, Vitellius & Cæcina in ſuperiore, ubi penes Hordeonium flaccum præfectura.

Collegium Cæſaris] Suet. Vitel. c.2. *L. Vitellius Imperatoris Pater cum Claudio Principe duos ordinarios conſulatus Cenſuramque geſſit.*

In Verginium favor] τῆς ἐπιθυμίας σφῶν ἁμαρτόντες ἐπὶ τοῦ Οὐεργινίου, ἐζητουν αὐτὴν ἐφ' ἑτέρου τινὸς ἀποπληρῶσαι. Xiphil. hoc eſt: *Cum ſuâ in Verginium ſpe excidiſſent, aliò eam transtulerunt.*

Dexteras hoſpitii inſigne] 2. hiſtor. *Centurionem Siſennam dextras, concordiæ inſignia, Syriaci exercitus nomine, ad prætorianos ferentem, variis artibus aggreſſus eſt.*

Iſdem hibernis] ad Magontiacum.

In S. P. Q. R. ſacramenta advocabant] *ſtatimque* (ait Suet. c. 16.) *Legationem ad Prætorianos cum mandatis deſti-*

deſtinaverunt ; diſplicere Imperatorem in Hiſpania factum, eligerent ipſi, quem cuncti exercitus comprobarent. Sed Legationis , ut videtur , revocatæ negotium intercidit ex ſeditione in Vitellium mota.

Spectator flagitii] & tamen relictus erat à Vitellio, utriuſque Germaniæ rector. 2. hiſt. poſtea ſecutus Veſpaſiani partes , & tandem à ſuis militibus cæſus. 4. hiſt.

Memoria prioris ſacramenti] quod Galbæ dixerant urgente Verginio poſt mortem Neronis.

Occupare nutantem fortunam] proprie fortaſſis eſt aut invadere eam prenſando , aut dominum ſe facere huc illuc dubiè ſe verſantis fortunæ.

Imperatorem Vitellium ſalutavit] Sueton. Vitel. cap.8. nonnihil varians : *Vixdum menſe tranſacto, neque diei, neque temporis habita ratione , ac jam veſpere ſubito à militibus è cubiculo raptus, ita ut erat in veſte domeſtica, Imperator eſt conſalutatus , circumlatuſque per celeberrimos vicos.* Plut. meridiem fuiſſe dicit.

Manipuli] id eſt, *manipulares*, contradiſtincti *primoribus caſtrorum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Balteos] Varro l.4. de l. l. *balteum, cingulum è corio bullatum*, plerumque argento aurove pictum. Spartianus Adriano, *veſtem humillimam frequenter, & ſine auro balteum ſumebat.*

Pompejus propinquus] qui primus Galbæ fuit Germanicæ rebellionis per literas nuncius *ſupra.*

Vt piaculum] ὡς ἄγος.

Punienti vilior] Fortaſſis enim in ſuum id caput recidiſſet.

Trebellius Maximus] 2. hiſt. *Vita agricol.*

Quadraginta millia] hic numerus longè excedit cujuſcunque tandem ætatis legionem, collectus ex aliis in iſta provincia legionibus imminutis, relicta & aquila & nomine ; atque ex Germanicis auxiliis, ut ex verbis Taciti apparet.

Auxilia Germaniæ] non ex Gallica tantum Rheni ripa, ſed & è Trans-Rhenanis ; quos præcipue hoc Taciti loco ſpectari puto.

Prohibuit] *in perpetuum*, ait Sueton. Vitell. c. 8. ſed Tacit. 3. hiſt. aliud docet. *Quin & Cæſarem dici ſe voluit aſpernatus antea.*

Cæſo cum omnibus copiis Iulio Vindi-

ce

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ce ferox præda gloriaque exercitus] *exercitus ex reipſa atque opere exercitii nomen accepit.* Veget. l. 2. c. 1. Et ſic Tacitus hic ex proprietate locutus videtur, nomine ad exercitatos tantùm milites reſtricto, rudes illos Vindicis neque bellis aſſuetos appellans *Copias*; cum utrique tamen generi ſignificando vox ea adhiberi ſoleat. 1. Hiſtor. *Ægyptum, copiaſque quibus coërceretur*, cum duas legiones ibi relictas deſignaret. Præter hunc uſum, apud Tacitum quoque vox *Copiæ* ſignificat etiam ad victum pertinentia. 3. hiſt. *ut ſpecie parandarum copiarum civili præda miles imbueretur*, Et, *Lixas Caloneſque Bebriacum mittit, copias cæteraque uſui allaturos*, Rurſus, *& locus ipſe caſtrorum placebat, late proſpectans, tuto copiarum aggeſtu, florentiſſimis pone tergum municipiis*. 4. hiſt. *Nihil æque exercitus noſtros quàm egeſtas copiarum fatigabat*, Et ita hoc libro ſumitur, *privatis & promiſcuis copiis juvêre militem.*

Decumari legiones] olim apud Romanos, ſi magna exercitus pars ſigna amiſiſſet, & abjectis armis turpiter profugiſſet, ſigniferi & centuriones dam-

nante præfecto ad mortem rapiebantur, atque ex gregario milite pars decima. Exemplum in Livio eſt, l. 2. Appii Claudii, in bello Volſcorum, in Dione, Auguſti & Antonii, l. 49. & in Tacito, L. Apronii Proconſulis Africæ, collapsâ jam veterum diſciplinâ. Annal. 3. modum deſcribit Polybius lib. 6. ἐὰν ποτε συμβῇ καὶ σημαίας τινὰς ὁλοσχερῶς πιεσθείσας λιπεῖν τοὺς τόπους, τὸ μὲν ἅπαντας ξυλοκοπεῖν, ἢ φονεύειν ἀποδοκιμάζουσι. λύσιν δὲ τοῦ πράγματος εὑρίσκονται συμφέρουσαν ἅμα καὶ καταπληκτικήν. Συναθροίσας γὰρ τὸ στρατόπεδον ὁ χιλίαρχος, καὶ προαγαγὼν τοὺς λελοιπότας κατηγορεῖ πικρῶς. καὶ τὸ τέλος πότε μὲν πέντε, πότε ὀκτὼ, πότε δὲ εἴκοσι, τὸ δ' ὅλον πρὸς τὸ πλῆθος ἀεὶ στοχαζόμενος, ὥστε δέκατον μάλιστα γίνεσθαι τῶν ἡμαρτηκότων τούτους ἐκ πάντων κληροῦται τῶν ἀποδεδειλιακότων, καὶ τοὺς μὲν λαχόντας ξυλοκοπεῖ ἀπαραιτήτως, τοῖς δὲ λοιποῖς τὸ μέτρημα κριθὰς διδοὺς ἀντὶ πυρῶν ἔξω κελεύει τοῦ χάρακος, καὶ τῆς ἀσφαλείας ποιεῖσθαι τὴν παρεμβολήν. id eſt: *Si forte contigiſſet ut integræ centuriæ ab hoſtibus preſſæ locum deſererent & fugerent, non ſtatim in milites animadvertunt Romani nullo diſcrimine, ſed medium tenentes, rationem adhibent & utilem*

utilem & terrori idoneam. Tribunus enim convocato exercitu, productiſque qui minus ex fide ſe geſſerint, primùm acriter eos objurgat, poſt ſorte delectos interdum quinque, quandoque octo, nonnunquam viginti (habita ſemper multitudinis ratione & ut decimum quemque, eorum qui peccârunt, ſupplicio afficiat) fuſtibus ad mortem cædi jubet, aliiſque hordeum frumenti loco admetitur, atque extra caſtra & vallum locum aſſignat. Neque huic tantum pœnæ eos obnoxios reddidit λειποταξία & ὁπλοῤῥιψία. id eſt: *quod ordines deſeruiſſent, armaque abieciſſent,* ſed & ſeditio[p]. Scipio in Hiſpania bello Punico ſecundo (cujus etiam rei exempla conſecutis exſtant temporibus cum penitus eviluiſſet militaris diſciplinæ authoritas) Cæſar Placentiæ revocarunt obliteratum pene morem, & Antonius Brundiſii. Liv. 28. Appian. 2. & 3. ἐμφυλ. Dio lib. 41.

Infenſa Lugdunenſis Colonia] Senatus metuens ne Lepidus & Plancus, à ſe in Italiam excîti, proditis ſuis partibus ad Antonium deficerent, in Gallia eos ſubſiſtere jubent, qui condiderunt Coloniam[q] Lugdunenſem ad confluentes.

[p] Appianus 3. Ἐμφυλ. in oratione Ciceronis διεκλήρωσεν (ὁ Ἀντώνιος) ἐς θάνατον οὐ στασιάσαντας, ἢ φυλακὴν, ἢ τάξιν ἐν πολέμῳ λιπόντας· ἐφ᾽ ὧν μόνον ὁ στρατιωτικὸς νόμος τὴν οὕτως ὠμὴν ὥρισε τιμωρίαν.

[q] Λουγδουνὸν μὲν ὀνομαθὲν, νῦν δὲ Λούγδουνον καλούμενον. Dio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

tes Rhodani & *Saone*, recipiendis quos Allobroges antea Viennâ expulerant. Dio lib. 46. Poſtquam autem ſub Nerone Lugdunum conflagrâſſet, *hanc cladem*, inquit Tacitus 16. Ann. *quadragies H.S.*id eſt, 31250 libb.Anglicæ monetæ *ſolatus eſt Princeps*, ut ſui in Neronem ſtudii juſtas haberent cauſas, & odii in Galbam, *qui reditus ipſorum occaſione iræ in fiſcum verterat.* Tac.

Paganos] *paganus* civitatis aut regionis notat incolam ex oppoſitione *militis.* Veget. l.2. c.3. *Nam ſi doctrina ceſſet armorum,nihil paganus diſtat à milite*; conſentiente Suetonio Galb. cap. 19. his verbis *dimota paganorum turba.* Neque aliud iſta Taciti volunt hoc libro *Diſiecta plebe,conculcato Senatu.* Idem 4. hiſt. *Tria millia Legionariorum, & tumultuaria Belgarum cohortes,ſimul paganorum lixarumque ignava,ſed procax ante periculum manus.* & 2. Hiſt. *multæ atroces inter ſe militum cædes manente legionum auxiliorumque diſcordia; ubi adverſus paganos certandum foret,conſenſu.* Antonius primus 3.Hiſt. prætorianis militibus inviſus (qui antea exauctorati jubente Vitellio,Tac.2.Hiſt.)*paganos* eos appel-

appellat; *vos*, inquit, *niſi vincitis pagani, quis alius Imperator, quæ alia caſtra excipient?* ut Cæſar Romæ in ſeditione, & poſtea Alexander Severus Antiochiæ per iram ſacramenti religione milites ſolvens, *Quirites* eos vocat: *Quirites diſcedite atque arma deponite.* Suet. Cæſar. c. 7. Lampridius Severo.

Kalend. Ianuar.] & ante hunc diem, teſte Plutarcho, exercitus ſuperioris Germaniæ indignari ſe Galbæ non obſcurè ſignificaverat. Θέας γάρ ποτε οὔσης, καὶ τῶν χιλιάρχων καὶ λοχαγῶν τὸ Ῥωμαίοις συνηθὲς, εὐτυχίαν ἐπευχομένων τῷ αὐτοκράτορι Γάλβᾳ, διεθορύβησαν οἱ πολλοὶ τὸ πρῶτον, εἶτα ταῖς εὐχαῖς ἐπιμενόντων ἐκείνων, ἀντεφώνουν, οὐκ ἄξιος. id eſt: *In publico ſpectaculo cum Tribuni & Centuriones fauſtis Galbam acclamationibus exciperent, ex militibus multi clam obſtrepebant. Illis vero acclamationes repetentibus reclamabant illi, indignus eſt.* Frangendi autem Principum imagines uſus in omnibus rebellionibus obtinuit. 3. hiſtor. *Trierarchi magno tumultu Vitellii imagines invadunt, & paucis reſiſtentium obtruncatis,* &c. eodem loco. *Simul Vitellii imagines direptæ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Coloniam Agrippinenſem] quæ condita ab Agrippinâ Claudii uxore. Tacitus 12. Annal. *Sed Agrippina quo vim ſuam ſociis quoque nationibus oſtentaret, in oppidum Vbiorum in quo genita erat, veteranos Coloniamque deduci imperat cui nomen inditum ex vocabulo ipſius.*

Principes Coloniarum] Sunt *Decuriones*, *Principes Caſtrorum* quos Vegetius quoque l. 2. cap. 9. vocat *milites principales*, & Tacitus 3. hiſt. *primores caſtrorum* ſunt *aquiliferi*, *ſigniferi*, *optiones*, &c. *qui privilegiis muniuntur*, cum reliquum vulgus & gregarii milites, vocarentur *munifices, quod munia facere coguntur.*

Iulius Civilis] Idem qui poſteà Batavis ſociis, auxiliaribus Gallis Germaniſque, tam diuturnum adverſus Romanos bellum geſſit, ut docemur 3. & 4. hiſt. Eventus, quem hic locus reſpicit, apud Tacitum mentio, 4. hiſt. *Iulius Paulus & Claudius Civilis, regia ſtirpe, multo cæteros* (Batavos nobiles) *anteibant. Paulum Fontejus Capito falſo rebellionis crimine interfecit. Injecta Civili catena, miſſuſque ad Neronem, & à Galba abſolutus, ſub Vitellio rurſus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſus diſcrimen adiit, flagitante ſupplicium ejus exercitu. Inde cauſæ irarum, ſpeſque ex malis noſtris. Obſervandum, ibi Claudium Civilem, hic Iulium appellari. Lapſus alterutro loco author, vel culpa in conſuetam librariorum negligentiam rejicienda eſt.

Octo Batavorum cohortes, XII *Legionis auxilia*] cum magnam & memorandam Britanniæ rebellionem virtus Suetonii Paulini, & fortitudo decimæ quartæ legionis compreſſiſſet ingenti hominum clade, recentem ſubmittit ex Germania militem Nero 2000 legionariorum, equites mille, octo cohortes auxiliariorum, quas octo fuiſſe Batavorum cohortes arbitror, hoc loco notatas. quicquid tandem fuerit, nihil certius quàm has Batavorum cohortes, ut auxilia, fuiſſe adſcriptas decimæ quartæ legioni; Neronem perſpectâ ejus fide & audaciâ legionem illam & auxilia, quacunque tandem occaſione, in Italiam præmiſiſſe; Vindice res novas moliente, auxilia ſe ex diſſidiis obortis à legione ſeparâſſe cum aliquo, ut patet, Neronis incommodo; Galbâ Principatum adepto in Illyricum legionem miſſam & Batavos in Britan-

niam rediiſſe, atque in itinere perceptâ Vitelliani motus famâ, tranſiiſſe in ejus partes. Aſtruendis quæ diximus, unicus ſuffecerit Tacitus.14.Annal. *Auxitque copias Cæſar miſſis è Germania duobus legionariorum millibus, octo auxiliariorum cohortibus, ac mille equitibus.* 2. hiſt. *Motæ ad Imperium Othonis è Dalmatia, Pannoniaque legiones, præcipui fama quartadecimani rebellione Britanniæ compreſſa. Addiderat gloriam Nero eligendo ut potiſſimos, unde longa illis erga Neronem fides.* & eodem libro, *cohortes Batavorum, quas bello Neronis à quartadecima legione digreſſas, cum Britanniam peterent, audito Vitellii motu in civitate Lingonum Fabio Valenti adjunctas retulimus, ſuperbè agebant, ut cujuſque legionis tentoria acceſſiſſent, coërcitos à ſe quartadecimanos, ablatam Neroni Italiam, atque omnem belli fortunam in ipſorum manu ſitam jactantes.*

Adjuncto Britannico exercitu] Si verum quod *Trebellius deſertus* (à militibus) *ad Vitellium perfugerit*; & quod Paulinus adfert 2. hiſt. *Britannicum militem hoſte ac mari diſtineri,* quod ipſe ſcribit Tacitus, *In Britannico exer-*

exercitu nihil irarum. Non ſanè aliæ legiones per omnes civilium bellorum motus, innocentius egerunt, quomodo à vero non abeunt quæ hic refert, *adjuncto Britannico exercitu*, & alibi, *Vitellius è Britannico dilectu octo millia ſibi adjunxit?*

Nomine Germanici] Primus apud Romanos qui ab expugnato loco cognomen adſcivit fuit Cn. Marius à Coriolis dictus Coriolanus. poſt eum ſeniori Scipioni à devicta Africa hæſit Africani cognomen (Livius l. 3.) Lucius quoque ejus frater ab Aſia ſumpſit Aſiatici cognomen. Ex Metellis multi, ſed diſcernendi ſe magis gratiâ, quàm ullô inſignioris victoriæ meritô. Primi Imperatores interdum ex libitu pauca quædam adſciverunt nomina, interdum in alios transfuderunt. Poſtera ætas, ut virtute degener, ita ambitioſa in titulos fuit. Xiphilinus commodo οὕτω καθ' ὑπερβολὴν ἐμεμήνει τὸ κάθαρμα, καὶ τῇ βουλῇ οὕτως ἐπέστελλεν. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λούκιος Αἴλιος Αὐρήλιος, Κόμμοδος, Αὔγουστος, Εὐσεβὴς, Εὐτυχὴς, Σαρματικὸς, Γερμανικὸς, μέγιστος, Βρεττανικὸς, εἰρηνοποιὸς τῆς οἰκουμένης, Ἀνίκητος, Ῥωμαῖος Ἡρακλῆς, Ἀρχιερεὺς, Δημαρχικῆς ἐξου-

σίας τὸ ὀκτωκαιδέκατον, Αὐτοκράτωρ τὸ ὄγδοον, ὕπατος τὸ ἕβδομον, πατὴρ πατρίδος. id eſt: *Tanta erat futilitas iſtius monſtri abjectiſſimi Commodi, ut hoc ſtilo exaratas ad Senatum literas dederit. Imperator Cæſar L. Ælius Aurelius Commodus, Auguſtus, Pius, Felix, Sarmaticus, Germanicus, Maximus, Britannicus, concordia orbis terrarum, invictus, Romanus Hercules, Pontifex Maximus, Tribunitiæ poteſt.* XVIII. *Imperat.* VIII. *Conſul.* VII. *Pater Patriæ.* Et qui modeſtiæ laude cenſetur Iuſtinianus, eâdem inflatæ ſcriptionis ambitione turget. *Imp. Cæſar Flavius Iuſtinianus, Alemannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, inclytus Victor ac triumphator ſemper Auguſtus.* Quo autem jure Vitellius arrogârit ſibi Germanici cognomen, toto imperii tempore nunquam cum hoſte congreſſus, non diſputo.

In civitate Leucorum] Sueton. Vitell. c. 9. ſcribit Vitellio innotuiſſe Galbæ mortem ante Valentis diſceſſum.

Gallis contatio exempta] Vivente enim Galba nonnihil adverſos fecerunt

ejus

us beneficia, ſed adacti tamen juvan-
o Vitellio. Nunc Othonis Vitelliique
lio, & alterius metu, conſultum ma-
me videbatur in ſpeciem ſe illi proba-
, unde præſens periculum timeri pot-
at.

*Veterem inter Lugdunenſes Viennen-
ſque diſcordiam*] cujus origo hinc re-
tenda. Primi Lugduni incolæ, Vien-
i expulſi, jure oderant, quos iniquiſſi-
e ſua per vim occupâſſe nôrant.

Crebrius infeſtiuſque] *municipalem
mulationem bellis civilibus miſcentes*,
ſcribit Tacitus 3. hiſt. de Capua &
iteolis.

Trecenos ſeſtertios] id eſt, 46. ſ. 10.
ob. & ſic 40000 (in hanc enim mul-
udinem excreverat exercitus, præter
cto cohortes Batavorum, legionem
alicam, & alam Taurinam) 93750
bras.

Lætum augurium] plerique ex lati-
s Hiſtoricis (iis enim & quotquot ex
rum ſchola prodierunt illud peculia-
) non bene ſe putant officio functos,
e judice, niſi inſigniores in Rep. mu-
tiones illuſtrent per *portenta*, *omina*
c. inducentia rerum fatales revolu-
ones; cum tamen pars longe maxi-
ma

ma eſſet conficta & adornata in pompam ſerviret terrendo & in ſtuporem rapiendo lectori, πρὸς τὴν ἔκπληξιν τῶν ἀκροατῶν. Alia ſæpius evenire ſolita tum demum ſolebant obſervare, ſi memorandi quid caſus conſequeretur. Libro ſecundo, Othone mortuo, alia extat fabula ad ſimilem pene modum conficta, niſi quod paulo deterior ſit, cum præfatione ut proniori fide admittatur. Quod ad aquilam noſtram, fuerit fortaſſe potius vel manifeſtus impoſtor, aut penitus ignarus futuri, quàm ut præbere potuerit *omen haud dubium* duraturæ ad momentum felicitatis.

Cuncta illic externa] Talis & Vienna. Imperator Claudius ſermone habito in Senatu, qui æri inciſus etiamnum Lugduni legitur: ORNATISSIMA ECCE COLONIA VALENTISSIMAQVE VIENNENSIVM QVAM LONGO JAM TEMPORE HVIC CVRIÆ SENATORES CONFERT? & ipſe Tacitus verbis proxime ſequentibus, *Tum vetuſtas dignitaſq; coloniæ valuit*, ubi de Vienna agit; Adeo ut cum utraque tantum eſſet Colonia, utraque externa, intempeſtiva fuerit hujus Rhetorica.

Velamenta & infulas] *Velamenta & Infulæ* ſigna ſunt ſe demittentis, & veniam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

niam implorantis. 3. hiſt. Antonius Primus cum in muros Cremonenſium aſſultando vim faceret, *Primores velamenta & Inſulas pro muris oſtentant*. Et Coriolanus cum latè vicina Romæ loca vaſtaret, *Sacerdotes ſuis inſignibus velatos iſſe ſupplices ad caſtra hoſtium traditum eſt*, inquit Livius l. 2. Idem lib. 30. *Haud procul aberat* (Carthaginis portu Scipio) *cum velata infulis ramiſque oleæ Carthaginenſium occurrit navis. Infulæ* [r] autem teſte Varrone & Feſto erant *velamenta lanea, quibus Sacerdotes & hoſtiæ, templaq; velabantur*, ut ex hac deſcriptione, inter velamenta & infulas tenuis omnino differentia ſit.

[r] στέμματα in Polyb. l. 16. Livius vertit *infulas* l. 31.

Lucus municipium id Vocontiorum eſt] *Municipium* & *Colonia* etſi indifferenter claſſicis uſurpentur authoribus, tamen re, & loquendi proprietate, ſecernuntur, neque miſcendas ſignificationes habent. Sic Tacitus 2. hiſt. ut ſejuncta conſtituit, *diſperſi per municipia & colonias Vitelliani*. Diſcrimen eſt, quod *municipia extrinſecus in civitatem aſſumuntur*, & *coloniæ è civitate educuntur*. Gellius lib. 16. c. 13. ex oratione D. Hadriani ad Italicenſes

hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

hoc modo diſtinguit. *Municipes ſunt cives Romani ex municipiis, ſuo jure & ſuis legibus utentes muneris tantum cum P. R. honorarii participes, à quo munere capeſſendo appellati videntur: nullis aliis neceſſitatibus, neque ulla P. R. lege aſtricti, quum nunquam P. R. eorum fundus factus eſſet. Coloniarum alia neceſſitudo eſt; non enim veniunt extrinſecus in civitatem, nec ſuis radicibus nituntur, ſed ex civitate quaſi propagatæ ſunt, & jura inſtitutaque omnia P. R. non ſui arbitrii habent.* Quod autem Lucus fuerit *municipium* ex ſtricto vocabuli uſu, diſcimus ex Plinio l. 3. c. 4. *Vocontiorum civitatis fœderatæ duo capita, Vaſio & Lucus Augusti.*

Helvetii Gallica gens] Livius l. 21. videtur eos appellare Semigermanos. *Quæ ad Peninum ferunt itinera obſepta gentibus Semigermanis fuerunt.*

Sub corona venundata] *corona capiti impoſita*, inquit Gellius l. 7. c. 4. ex opinione Sabini juriſconſulti, *ſignum fuit captivorum venalium antiquitus.* Iuriſconſultus ait, *mancipia jure belli capta coronis induta venibant, & idcirco dicebantur ſub coronis venire.*

Cato

o *libro de re militari* alludens ad
c conſuetudinem, *melius eſſet, ut*
ulus ſua opera potius ob rem bene ge-
n coronatus ſupplicatum eat, quàm
male geſta coronatus veneat.
Petrina ala] in editis libris eſt *in Al-*
Graja, mendoſe procul dubio, cum
es Grajæ tranſeuntibus Sabaudiâ i-
in Italiam aperiant, ut ego quidem
timo, apud montem vulgo *Seniſe*
um aut S.Bernardus minor, via Lu-
no recta Mediolanum ferens. Ex
lvetia, ubi Cæcina erat, pergenti oc-
runt *Peninæ* apud montem dictum
Bernardo major. *Cottiæ* ex Delphi-
u in Italiam ducunt apud montem
neura. Vaticanum exemplar ha-
cum alpe tarina, quod obſervatis
xime literarum veſtigiis, & cum
xima ſimilitudine veri ex circum-
tiis, conjicere liceat ſcriptum fuiſſe
n ala petrina potius quàm *ala Tau-*
æ quæ aliud cum Valente iter ingreſ-
erat. ipſe Tacitus meminit 4. hiſt.
uſdam Claudii Sagittæ qui è *Vitellia-*
& *præfectus alæ petrinæ* erat.
Subſignanum militem & grave le-
num agmen] *Subſignanus miles, &*
ve legionum agmen (cum tamen u-
nicæ

nica tantum integra legio adeſſet vigeſima prima) re & ſignificatione hic coincidere videntur, qua auxiliaribus contradiſtinguuntur. 2. hiſt. *Erupêre legionarii in perniciem auxiliorum.* 4. hiſt. *Id ſolum, ut in tumultu, monuit, ſubſignano milite media firmare. Auxilia paſſim circumfuſa ſunt.* Et alibi tamen reperias; *quicquid ſub ſignis ſociorum.*

Iubet acciri] proximo poſt Galbæ cædem die, ut teſtatur Plutarch.

Exemplum imputavit ultro] *Imputare* apud Tacitum gemina occurrit ſignificatione, qua in bonam ſequioremque partem ſumi non repugnat; ſed ut ſæpius notet *beneficii loco numerare*, aut quicquid in hunc ſenſum redit. exempla. hiſt. 1. *Neque enim erat adhuc, cui imputaretur*, id eſt: non erat qui ex tumultu rebus ſuis conſultum putaret. hoc loco, *exemplum ultro imputavit*, id eſt: conſtantem ſacramenti ſemel dicti fidem, beneficium quoque in Othonem interpretabatur, neque exemplum Principis ullius indignatione excipiendum. Non me latet, aliud Plutarchum tradere in Principio Othonis, Κελεύσας (ὁ Ὄθων) Μάριον Κέλσον ἀχθῆναι πρὸς αὐτὸν, ἠσπάσατο καὶ διελέχθη φιλανθρώπως

ἐ

παρεκάλησε τῆς αἰτίας ἐπιλαθέσθαι μᾶλ-
ον ἢ τῆς ἀφέσεως μνημονεύειν. τοῦ δὲ Κέλσου
ήτ' ἀγεννῶς ἀποκριναμένου μήτ' ἀναι-
ήτως, ἀλλὰ φήσαντος αὐτοῦ τοῦ τρόπου εἶ-
ναι τὸ ἔγκλημα πίστιν (ἐγκεκλῆσθαι γὰρ ὅτι
άλβᾳ βέβαιον ἑαυτὸν παρέχεν, ᾧ χάριν
δεμίαν ὤφειλεν) ἠγάσθησαν οἱ παρόντες
μφοτέρων καὶ τὸ στρατιωτικὸν ἐπῄνεσεν. id
t: *Otho juſſit ad ſe adduci Marium
elſum, quem complexum amicè com-
ellavit, ut potius quod feciſſet oblivio-
i traderet, quàm datæ veniæ memi-
iſſet. Cui Celſus animosè reſpondit ad-
iditq; ipſam accuſationem præbere te-
imonium modeſtiæ ſuæ. quid enim a-
iud ſibi objectum quam fides in Gal-
am, cui nullo beneficio obſtrictus tene-
atur, ut mirarentur utrumque cuncti
ui aderant & milites laudarent*; ſed
ujus vitii gratiam ei facimus quod
ontraxit ex loco Taciti hic perperam
ntellecto, cum in longe facilioribus
pud Cæſarem quominus laberetur præ-
cavere non potuerit. Sed ut ad exem-
pla redeamus, 2.hiſt. *Proditionem ultro
imputabant; ſpatium longi ante præ-
lium itineris, fatigationem Othonia-
norum, permixtum vehiculis agmen ac
pleraque fortuita fraudi ſuæ aſſignan-
tes.*

tes. 5. hiſt. eodem ſenſu. *Potuiſſe tunc opprimi legiones, & voluiſſe Germanos, ſed dolo à ſe flexos imputavit Civilis.* Vtroque loco ſignificat Tacitus, hoſtium commodo partes ſuas prodidiſſe. *Vnde metus & ex metu conſilium, poſſe imputari Veſpaſiano, quæ apud Vitellium excuſanda erant.* id eſt: beneficium in Veſpaſianum eſſe, quicquid accuſare Vitellius potuit. 4.hiſt. *Ambiguam fortunam belli Veſpaſiano imputaturos; victoriæ rationem non reddi.* id eſt: quod infelice belli eventu, & à ſuis partibus fortunâ, pro Veſpaſiano ſtetiſſent, ſin ipſi victores evaſiſſent, non adigendos ad reddendam proſperi ſucceſſus rationem. 3. hiſt. *Reip. haud dubie intererat Vitellium vinci. Sed imputare perfidiam non poſſunt qui Vitellium Veſpaſiano prodidêre, cum à Galba deſciviſſent,* id eſt: *qui Vitellium Veſpaſiano prodidêre, perfidiam ſuam Reip. beneficii loco numerare non poſſunt*, quaſi publico Patriæ bono id præſtitiſſent, qui prius per rebellionem à Galba Imperatore bono deſciviſſent ad Vitellium aut Othonem. In lib. *de moribus Germanorum. Gaudent muneribus, ſed nec data imputant, nec acceptis obligantur.* id

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

eſt: nec ea, quæ conferunt,in partem lam beneficii deputant,nec iis quæ ac-piunt , ineſt aliquod redhoſtimenti nculum. Neque uſum vocabuli *im-tare* iſtius ævi auribus adeo inſolens at. Sueton. Tiber. c. 53. *Imputavit iam , quod non laqueo ſtrangulatam Gemonias abjecerit , proque tali cle-entia interponi decretum paſſus eſt, uo ſibi gratiæ agerentur.* Plin. l. 8. ep. 1. *Recitavi biduo , hoc aſſenſus au-entium exegit, & tamen ut alii tranſ-ınt quædam , imputantq; quod tranſ-ınt; ſic ego nihil prætereo, atque etiam on præterire me teſtor* , utroque loco nputare pro beneficii loco numerare. umitur quoque *pro maleficii loco nu-erare* & *vitio vertere.* Tacit. 2. hiſt. *tellio initium belli nemo imputabat.* eſt: nemo id illi vitio vertebat. 3. hiſt. *aſum Cremonæ bello imputandum*, in ta Agric. *Approbare Reip. nunquam cercitui imputari potuiſſe aut moras elli , aut cauſas debellandi* , & ſic in iis ſcriptoribus , quos iſta tulit ætas, : Seneca, Lucano, Statio, Martiale &c. bvia in utrumque ſenſum ſignificatio tius vocis eſt.

Virilia ſcelera] Ex oppoſito *fœdæ*

pue-

pueritiæ; neque enim omnia vitia in quamlibet cadunt ætatem.

Diverſo affectu] cum & odio eſſet hoſtibus, tanquam præcipuum Neronis inſtrumentum ad flagitia quælibet, & apud amicos, transfugio & domini proditione infamis.

Accepto nuncio] Plutarch. Othone ἔπεμψεν ἐπὶ τὸν Τιγέλλιον ὁ Ὄθων εἰς τοὺς περὶ Σινοέσσαν ἀγροὺς, ἐκεῖ γὰρ διῃτᾶτο πλοίων παρορμούντων ὡς φευξόμενος ἀπωτέρω, καὶ τόν γε πεμφθέντα χρυσίῳ πολλῷ πείθειν ἐπεχείρησε παρεῖναι. μὴ πεισθέντα δὲ δῶρα μὲν ἔδωκεν οὐδὲν ἧττον, ἐδεήθη δὲ ὑπομεῖναι ἕως ἂν ἀποξύρηται τὸ γένειον καὶ λαβὼν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐλαιμοτόμησε. hoc eſt: *Otho ad Tigellium miſit qui Sinueſſæ commorabatur, paratis ad ulteriorem fugam navibus. nuncium autem pecuniâ corrumpere tentabat ut ſe dimitteret, & cum non perſuaderet, dona nihilominus dedit, rogavitque illud ſpatii concederet quo raderetur barba; ſumptaque novaculâ jugulum ſibi præſcidit.*

Sinueſſa] locus frequentari ſolitus & firmandæ ſanitatis & voluptatis gratia. Tacit. 12. Annal. *in tanta mole curarum Claudius valetudine adverſa corripitur;*

ripitur; refovendiſque viribus mollitie cæli & ſalubritate aquarum Sinueſſam pergit.

Sophonius ſ *Tigellinus*] notiſſimum omnibus hiſtoricis Tigellini nomen. poſt mortem Burri *Nero*, inquit Tacitus 14. Annal. *duos Prætoriis cohortibus impoſuerat, Fenium Rufum ex vulgi favore: Sophonium Tigellinum ex intimis libidinibus aſſumptum*, ἀσελγείᾳ τε καὶ μιαιφονίᾳ πάντας τοὺς καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπους ὑπεράραντα. id eſt: *qui omnes ſui temporis homines impudicitiâ & crudelitate ſuperabat*. Xiphil. & hæ ſcilicet duæ virtutes erant, per quas apud Neronem gratiâ valuit. Tacit. 15. Ann. *Fenium vita famaque laudatum, per ſævitiam impudicitiamq; Tigellinus in animo Principis anteibat.* Rurſus, *Poppææ & Tigellino coram, quod erat ſævienti Principi intimum conſiliorum, interrogat, &c.* 14. Ann. deſcribitur ut omnium calamitatum iſto tempore author. *Validior indies Tigellinus & malas artes, quibus ſolis pollebat, gratiores ratus, ſi Principem ſocietate ſceleris obſtringeret, metus ejus rimatur, &c.* Tacitus hiſce velut titulis eum deprædicat; *flagrantiſſima flagitia, adulte-*

ſ Scholiaſtes Iuvenalis l. 1. Sat. 1. vocat eum C. Fulcinium Tigellinũ, ubi *fœda* ejus *pueritia* deſcribitur.

ria, vetus impudicitia, infamia, Alibi, *Tigellino ſcilicet comitante cum pellicibus.* Rurſus ut authorem, aut ſaltem conſcium notat ejus incendii, quo conflagravit Roma. *Pluſque infamiæ illud incendium habuit; quia prædiis Tigellini Æmylianis proruperat.* Prorſus tam malo domino dignus miniſter, & indignus quem Galba protegeret.

Famem Populi Romani] Tacit. 3. hiſt. *Africam eodem latere ſitam, terra marique invadere parabat, clauſit annonæ ſubſidiis inopiam ac diſcordiam hoſti facturus.* Ægyptus enim & Africa Populi Romani horrea erant, & Ægypto in cujuſque anni quadrimeſtre conferente frumentum, Africa in reliquos octo menſes ſuppeditabat. Ioſephus ἁλώσ. 2. c. 28. χωρὶς δὲ τῶν ἐτησίων καρπῶν οἱ μησὶν ὀκτὼ τὸ κατὰ τὴν Ῥώμην πλῆθος τρέφουσι, καὶ ἔξωθεν παντοίως φορολογοῦνται (οἱ Λιβύες) καὶ ταῖς χρείαις τῆς ἡγεμονίας παρέχουσιν ἑτοίμους τὰς εἰσφοράς. id eſt: *Africani præter frumentum quod ſingulis annis in octo menſes Romanis dependunt, nulli tributorum generi exempti ſunt, neque gravatè qualibet imperii onera ſufferunt.* & paulò poſt: τοῦ δὲ ἐνιαυσίου παρ' ὑμῶν (Ἰουδαίων) φόρου καθ' ἕνα μῆνα

μῆνα πλέον Ῥωμαίοις παρέχει (ἡ Αἴγυπτος) καὶ τῶν χρημάτων ἔξωθεν, τῇ Ῥώμῃ σῖτον μηνῶν τεσσάρων. id eſt: *Ægyptus uno menſe plus tributi pendit quàm toto anno Iudæi, & præter pecuniam, quam confert grandem, Romanis in quatuor menſes frumentum mittit.*

Potens pecunia & orbitate] optimum, quo amicos pares, adminiculum, cum ſingulis de evincendo ejus affectu certent, unde in hæreditatem ſtruatur aditus. Silvanus ſub Nerone accuſatus repetundarum *valuit*, inquit Tacitus 13. Annal. *pecunioſa orbitate & ſancta.* & tamen omnium ſpem eluſit, ſuperſtes illis *quorum ambitu evaſerat.* In civitate noſtra (ſcribit Seneca *Conſol. ad Martiam* c.19.) *plus gratiæ orbitas confert quàm eripit.* Alii Germanorum mores, *Nulla orbitatis pretia, ſed quanto plus propinquorum, quo major affinium numerus, tanto gratioſior ſenectus.* de morib. Germanorum.

Crebræ] Sueton. Othon. cap. 8. *Otho per internuntios & literas conſortem imperii generumque ſe Vitellio obtulit.*

Offerebant pecuniam] Similes conditiones per Flavium Sabinum nomine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Veſpaſiani oblatas non rejecit Vitellius quantum in ſe fuit, niſi pacta evertiſſent amici ejus. 3. *hiſt.*

Per ſimulationem officii] verè enim corrumpendis legionibus ſubmittebantur.

Traditum Vitellio Imperium] Vitellius enim Imperator ſalutatus 2 Ianuarii, Otho 15. die.

Domus utraque] Vitellii ſcilicet ac Titiani.

Lingones] Vix aſſentior, tantum beneficium ab Othone in Lingones Gallos fuiſſe collatum, præcipuè (quantum mihi quidem conſtat) partibus Vitellii faventes, qui ſolus cum eo hanc de Imperio rivalitatem exercebat.

Conſul cum Titiano fratre in Kalend. Martias] libera Rep. duo Conſules cum Ianuarii initio Conſulatum auſpicati vertente demum anno defungebantur, niſi aut mors aut alia interveniret cauſa quæ ſucceſſori vacuum faceret. Poſt *cum belli civilis præmia feſtinari cœperunt*, ut Tacitus loquitur, cumque excreviſſet eorum numerus, quorum meritis rependenda eſſet dignitas, arctato adminiſtrationis tempore laxanda aliis fuerunt ad explendam ambi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ambitionem ſpatia, & unius anni in plures ſpargendum beneficium. Hujus confuſionis author C. Cæſar, Anno Vrbis conditæ 709. qui Conſul ſine collega, ſuo loco Fabium & Trebonium ſubſtituit. Dio l 43. πρῶτον μὲν δή ποτε παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἐγένετο, τὸ μήτε ἐτησίαν, μήτε εἰς πάντα τὸν λοιπὸν χρόνον τοῦ ἔτους τὴν ἀρχὴν ἐκείνην (ὕπατον) τὸν αὐτὸν ἔχειν, ἀλλὰ ζῶντά τινα αὐτῆς, καὶ μὴ ἀναγκασθέντα, μήτε ἐκ πατρῴων, μήτε ἐξ ἐπηρείας τινὸς ἐκστῆναι, καὶ ἕτερον ἀντ᾽ αὐτοῦ ἀντικαταστῆναι. ἐκ δ᾽ οὖν τοῦ χρόνου τούτου οὐκέτι οἱ αὐτοὶ διὰ παντὸς τοῦ ἔτους, πλὴν ὀλίγων πάνυγε, ὑπάτευσαν, ἀλλ᾽ ὥς που καὶ ἔτυχον, οἱ μὲν ἐπὶ πλείους, οἱ δὲ ἐπὶ ἐλάττους, οἱ μὲν μῆνας, οἱ δὲ ἡμέρας. id eſt: *Tum demum, quod nunquam antea viſum, factus Conſul non in annum, aut illam anni partem in quam ex ſuffectione venerat, etiam Conſul vivens, cum lex ei non abrogaret Conſulatum, & qui vitio creatus non erat, ſponte abiens ſucceſſori locum fecit. ab illo tempore paucis obtigit Conſulatus integri anni, ſed ut caſus dabat, plurium pauciorumve menſium aut dierum.* Anno ab urbe condita 715. poſtmodum inducta deponendi neceſſitas, cum antea ſponte

Conſulatu abirent. Dio l. 48. ὑπάτους οὐδὲ δύο ἐτησίους, ὥσπερ εἴθιστο, ἀλλὰ πλείους τότε πρῶτον εὐθὺς ἐν ταῖς ἀρχαιρεσίαις εἵλοντο. καὶ πρότερον μὲν γὰρ (ab anno ſcilicet 709) μεθ' ἑτέρους τινὰς, μήτε ἀποθανόντας, μήτ' ἐπ' ἀτιμίᾳ, μήτ' ἄλλως πως παυθέντας, ἦρξαν. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ὥς που τοῖς εἰς ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν χειροτονηθεῖσιν ἔδοξε, κατέστησεν. τότε δὲ ἐνιαύσιος μὲν οὐδεὶς ᾑρέθη, πρὸς δὲ δὴ τὰ χρόνου μέρη ἄλλοι καὶ ἄλλοι ἀπεδείχθησαν. id eſt: *Non duos creabant Conſules in annum integrum, ut ſolebant, ſed eodem illo creationis tempore plures deſignabantur in ſexennium. antea ſucceſſorem eodem anno illi acceperunt, quos nec mors, nec vita nequiter acta, aut alia legitima cauſa conſulatu exuerat. Sed fiebant ex arbitrio eorum qui in integrum creati erant annum. Nunc verò ne in primaria quidem electione nullus in annuum conſulatum adſciſcitur, ſed quidam in hanc, alii in iſtam anni partem.* Tempore Auguſti, præſertim ſub extremum ejus Principatum, ut docent Faſti Capitolini, quatuor ſingulis annis deſignabantur Conſules, bini ex Kalendis Ianuarii in Kalendas Iulias, bini alii ex Kalendis Iulii in finem porrò anni. Poſt ejus

tempus,

tempus, etſi de initio mihi exactè non conſtat, bimeſtres fuêre Conſules, eorumque numerus tum in uſu, crevit ad duodecim. Hoc anno

ex Kalend. Ianuar. Tac.1.hiſt.	Servius Galba 2. Titus Vinius.	cæſis hiſce duobus in Conſulatu, M.Otho & L.Titianus ſuffecti in Kalend. Mart.
ex Kalend. Mart. Tacit. 1. hiſt.	L. Verginius Rufus. Poppæus Vopiſcus.	
ex Kalend. Maji.	Cælius Sabinus. Flavius Sabinus.	
ex Kalend. Iulii.	Arius Antonius. Marius Celſus.	
ex Kalend. Septembr. Tac.2.hiſt.	Fabius Valens. Alienus Cæcina, perduellionis reus, ſuffectuſque ei in unicum diem *Roſcius Regulus* Tacit. 3. hiſt.	
ex Kalend. Novembr. Tac.3.hiſt. Xiphilin.	Cn. Cæcilius Simplex. C. Quintius Atticus.	

Hic numerus & recepta temporis illæ conſuetudo uſque ad Dionis ætatem

duravit; ἐπεὶ νῦν γε (inquit) οὐδεὶς οὔτ' ἐνιαυτὸν οὐδ' εἰς πλείω διμήνου χρόνον ὡς πλῆθει σὺν ἑτέρῳ τινὶ ὑπατεύει. id eſt: *hoc tempore nemo conſulatum init annuum, ſed plerumque tantum bimeſtrem*, l.43. qui verò cum Kalendis Ianuarii conſulatum auſpicabantur, erant ἐπώνυμοι, nomen anno dabant, vocabanturque *ordinarii*; reliqui, *minores*, tanquam obſcuri, neque apud exteros celebres, ut quærere liceret, in quorum Conſulatu illi eſſent conſules: alioquin authoritate,&c. cæteris pares. Dio. l. 48. καὶ οἱ μὲν πρῶτοι καὶ τὸ ὄνομα τῆς ὑπατείας διὰ παντὸς τοῦ ἔτους ὥσπερ καὶ νῦν γίγνεται, ἔχον. τοὺς δὲ ἑτέρους αὐτοὶ μὲν οἵ τε ἐν τῇ πόλει τῇ τε λοιπῇ Ἰταλίᾳ ἐν ἑκάστῳ τῆς ἀρχῆς αὐτῶν χρόνῳ ὠνόμαζον, ὃ καὶ νῦν ποιεῖται. οἱ δὲ λοιποὶ ἢ τινας αὐτῶν ἢ οὐδένας ᾔδεσαν. καὶ διὰ τοῦτο σμικροτέρους σφᾶς ὑπάτους ὑπεκάλουν. id eſt: *Primi nomen Conſulis (ut & nunc fit) gerebant per integri anni ſpatium. Alios tam qui Romæ vivebant, quàm in aliis Italiæ partibus ſolo, cum conſulatu fungerentur, tempore, Conſules vocabant. Longius remoti aut nullos eorum aut paucos noverant, unde & Conſules vocati ſunt minores.* Rurſus lib. 3. τὰ μὲν ἄλλα

οὐδὲν

οὐδὲν διαφερόμεθα (*nos Conſules*, ne ignoraremus eorum prærogativas) ἀλλήλων. τὴν δὲ ἐξαρίθμησιν τῶν ἐτῶν οἱ κατὰ πρώτας (ſc. ἡμέρας καὶ μῆνας) αὐτῶν ὑπατεύοντες καρποῦνται. id eſt : *Nulla re diſtamus, niſi quod, qui annum auſpicantur, gaudeant prærogativa dandi nomen anno.* Minor tamen hic Conſulatus numero faciendo valet. Exemplum habemus in Veſpaſiano, qui Conſulatum ſub Claudio adeptus (Sueton. Veſpaſian. c. 4.) per duos noviſſimos anni menſes, quod antea nunquam factum, *Ann.* 823. notatus eſt *Veſpaſianus iterum.* Tacit. 4. hiſt.

Repetundarum criminibus] Actio *repetundarum* intentata adverſus provinciarum rectores ob iniquas pecuniarum extorſiones, aut crudeliter exercitam juriſdictionem. Nomen ei inditum à principaliori parte, quod per eam actionem, *pecunias injuſtè ablatas, vel ſi quid aliud ablatum, captum, conciliatum, averſumve ſiet, provincialibus repetere jus faſque eſſet.* Neque ſufficiebat extorta per vim refundere, ſed & arbitraria infligebatur pœna, duplum aut triplum *nomine pœnæ.* Lata hæc lex à *L. Calpurnio Piſone anno primo tertii belli Punici* ; aucta deinde per alios

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

pluribus clauſulis & cum variis ſanctionibus reſuſcitata. Tacit. 15. Annal. *Magiſtratuum avaritia Calpurnia ſcita peperit.* Neque tamen deſtricta conſtitutionum ſeveritas obſtitit, quominus Proconſulum & Proprætorum injuſta libido, tam ante Imperatorum tempora, quàm ſub ipſis, graſſaretur in Provincias expilandas. Imo, quò pluribus legibus circumferretur pœnarum terror, eò ferocius illi in ſpolia & Provinciarum ſanguinem ferebantur, utque illa quæ violentè extorſerant apud exteros, Romæ impunita forent, profundebant in corruptelas dona, ex mente Græci ſenarii, ὁ πολλὰ κλέψας, ὀλίγα δοὺς ἐκφεύξεται. id eſt: *per furta dives, pauca donet, ſalvus eſt.* Hinc narrat Tullius (ſeriò aut per jocum) ſtatuiſſe Provincias ſupplicare Senatui, ut quæ commodo ipſorum lata eſſet lex *de repetundis*, ipſorum precibus aboleretur. Verba ejus ſunt, procemio prioris in Verrem. *Planum facere multis teſtibus poſſum, C. Verrem in Sicilia multis audientibus ſæpe dixiſſe, ſe habere hominem potentem, cujus fiducia Provinciam ſpoliaret: neque ſibi ſoli pecuniam quærere, ſed ita triennium illud pratu-*

ra Sicilienſis diſtributum habere, ut ſecum pulchrè agi diceret, ſi unius anni quæſtum in rem ſuam converteret: alterum patronis & defenſoribus ſuis traderet: tertium illum uberrimum quæſtuoſiſſimumque annum totum judicibus reſervaret. Ex quo mihi venit in mentem illud dicere, quod apud M. Glabrionem nuper cum in rejiciendis judicibus commemorâſſem, intellexi vehementer populum Romanum commoveri, me arbitrari, fore uti nationes exteræ Legatos ad populum Romanum mitterent, ut lex de pecuniis repetundis judiciumque tolleretur. ſi enim judicia nulla ſint tantum unumquemque ablaturum putant, quantum ſibi ac liberis ſuis ſatis eſſe arbitrentur, nunc quod ejuſmodi judicia ſint, tantum unumquemque auferre, quantum ſibi, patronis, advocatis, prætoribus, judicibus ſuis futurum ſit. hoc profectò infinitum eſſe, ſe avariſſimi hominis cupiditati ſatisfacere poſſe, nocentiſſimæ victoriæ non poſſe. Sub Imperatoribus lex tantùm reſtringebatur ad extorſiones, ut videre licet apud Plinium l. 2. ep. 11.

Lex Majeſtatis] primis liberæ Reip. temporibus pauca, ſed momenti in Rep.

maximi, complectebatur: *ſi quis proditione exercitum, aut plebem ſeditionibus, denique malè geſta rep. majeſtatem populi Romani minuiſſet.* Tacit. 1. Annal. Auguſtus eam extendit ad infamium libellorum ſcriptores, ante verò *facta arguebantur, dicta impune erant*, aut ſaltem exempta pœnis *læſæ Majeſtatis*. Sub Tiberio, Cajo, Claudio & Nerone erat *unicum crimen eorum, qui crimine vacabant*, ut Plinius loquitur. quidam apud Tiberium accuſabatur (Falanius 1. Annal.) & ex lege quidem majeſtatis, *quod venditis hortis ſtatuam Auguſti ſimul mancipâſſet*: Alius (*Rubrius*. ibid.) *quod violâſſet perjurio nomen Auguſti*. Nonnemo (*Granius Marcellus* ibid.) præter *ſiniſtros ſermones habitos*, quod ſtatua ſuipſius *altius quàm Cæſarum ſita eſſet, & alia in ſtatua, amputato capite Auguſti, effigiem Tiberii indidiſſet*, habita compendii ratione. Alium (*Lutorium Priſcum* 3. *Ann.*) quod Principis filio nondum exſtincto, *ſuprema ejus celebri carmine defleviſſet, delator corripuit, indictumque reo ultimum ſupplicium*. Alius (*Ennius. Ann.* 3.) quod *Principis effigiem promiſcuum ad uſum argenti vertiſſet*;

tiſſet; Alius (*C.Silius*. 4. *Annal.*) quod majora ejus extarent in Principem merita, quàm ut alio modo penſarentur, damnatus eſt. Alius (*Cremutius Cordus*. 4. *Annal.*) poſtulatur, quod editis annalibus M. Brutum & C. Caſſium laudâſſet, dominationis hoſtes, & ſexaginta tum annis defunctos. Aliis (*Pompeiæ Macrinæ cum marito, ſocero, patre ac fratre*. 6. *Annal.*) *crimini datum*, quod ex iis nati eſſent, *quos Gn. Magnus inter intimos habuiſſet*. Alius (*Titus Sabinus* 4. Annal. *C. Silius* ibid.) *in carcerem tractus ob amicitiam Germanici*, Tiberio extra juſtas cauſas inviſi. Nonnemo (*Mamercus Scaurus*. 6. *Annal.*) ad ſupplicium raptus, quod in Tragœdia ſenſus ambigui quoſdam verſus habuiſſet. Sub Claudio quidam (*Petra*. 11. *Annal.*) poſtulatus damnatuſque eſt ob ſomnium, itidem (*C.Silanus Dio*) quod alius de ſe ſomniâſſet. Sub Nerone Caſſius quidam (16. *Annal.*) quod inter imagines majorum etiam C. Caſſii effigiem coluiſſet, ita inſcriptam DVCI PARTIVM; & infiniti alii ob ſimiles nugas. quare cum *lex Majeſtatis* tam diu tam odiosè fuiſſet exercita, viſum fuit illis in veniam pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

nioribus, quod verè extorſio erat, crimen Majeſtatis vocare; cujus adeo exe-cranda erat memoria, ut bonas etiam leges in neglectum adduceret.

Hiſpalienſibus & Emeritenſibus familiarum adjectiones] deducendis Coloniis certæ aſſignabantur familiæ, quæ ſi lapſu temporis aliove caſu decreviſſent, aut externis miſcerentur, magnum beneficium alii putabant, ſi novis ſupplementis augeretur Livius l. 32. *C. Acilius Tribunus plebis tulit, ut quinque Coloniæ in oram maritimam deducerentur. Tricenæ familiæ in ſingulas Colonias jubebantur mitti* eodem libro. *Narnienſium Legatis querentibus ad numerum ſibi Colonos non eſſe, & immiſtos quoſdam non ſui generis pro Colonis ſe gerere, earum rerum cauſa triumviros creare L. Cornelius Conſul juſſus, creati P. & Sex. Ælii (Petis fuit ambobus cognomen) & C. Cornelius Lentulus. quod Narnienſibus datum erat ut Colonorum numerus augeretur, id Coſſani petentes non impetraverunt.* Alio loco; *Poſtulantibus à Senatu Aquileienſium Legatis, ut numerum Colonorum augeret, M. & D. familiæ ex S. C. ſcriptæ.* Tacit. 13. Annal. *Cæterum*

um Coloniæ Capua atque Nuceria, ad-
ictis veteranis firmatæ ſunt. Hiſpalim
item Coloniam Romanorum fuiſſe
firmat Plinius lib. 3. c. 2. *à læva Hi-*
ales Colonia, cognomine Romulenſis;
meritam quoque, Dio lib. 53. παυσα-
ύου δὲ τοῦ πολέμου τούτου ὁ Αὔγουστος τοὺς
ὺ ἀφηλικεστέρους τῶν στρατιωτῶν ἀφῆκε, καὶ
όλιν αὐτοῖς ἐν Λυσιτανίᾳ τὴν Αὐγοῦσταν
μερίταν καλουμένην κτίσαι ἔδωκε. id eſt:
ito hoc bello Auguſtus eos dimiſit
ilites qui conſueta numerârant ſti-
ndia, & condendæ in Luſitania urbis
teſtatem dedit, quæ Emerita Auguſta
ocatur. Manifeſta eſt autem notatio
ocis *Emerita, quod emeriti milites*
φηλικέστεροι *eò deducerentur.* Coloniis
item militaribus (ne de alio nunc ea-
m genere loquar, quod liberæ Reip.
mporibus juſſu Senatus in exteros de-
icebatur; cum hanc diviſionem in-
iere videatur Vellejus lib. 1.) ex eo o-
go eſt, ne militum ſenectus inopia
emeretur, poſt attritum caſtrenſi la-
ore ætatis florem. Sylla itaque, Cæſar
conſecuti deinde Imperatores ex aſſi-
natis in hæreditatem agris honeſtè vi-
itandi facultatem veteranis dederunt.
tales Colonias ſub initium, *univerſæ*
legio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

legiones ducebantur cum tribunis, Centurionibus, & ſui cujuſque ordinis militibus, ut conſenſu & caritate Remp. efficerent. Tacit. 15. Annal. Mela ſpeciatim quaſdam exprimit legiones, deſignatis quoque, quæ occupârunt, locis. lib. 2. c. 5. *Secundanorum Arauſio, Sextanorum Arelate, Septimanorum Blitera, Decumanorum Colonia Marcius Narbo.* Exoleſcente ſenſim probi moris inſtituto, *Non ut olim* (Tacit.) *univerſæ legiones, ſed ignoti inter ſe ducebantur, diverſis manipulis, ſine rectore, ſine affectibus mutuis, quaſi ex alio genere mortalium repente in unum collecti, numerus magis quàm colonia.* Neque exemplum deerat, cum milites diffugerent paſſim *in Provincias, in quibus ſtipendia meruerant*, deſertis coloniis. Fuerit aut hæc aut alia cauſa, videtur utraque & Hiſpalis & Emerita, imminutis colonis novas familiarum adjectiones ab Othone impetrâſſe.

Tertia legio] ſcripſit forſan Tacitus *tres legiones*; tot enim Mœſia tum habuit, quarum Legati Conſularia ornamenta nacti hiſce rebus intererant, &, quod veriſimilitudo perſuadet, cum legionibus quibus præerant.

Titius

Titius Iulianus] In ſecundo & quar-
o libro tantum appellatur *Tertius Iu-
ianus.*

Triumphali ſtatua] Tacit.4. Annal.
*iamque tres erant laureatæ in urbe ſta-
uæ*,&c. Et quæ in eundem ſenſum præ-
eſſerunt. *Priores duces impetrando ſibi
riumphalium inſignia ſufficere res ſuas
rediderant.* Rurſus 15. Annal. *Trium-
hale decus & triumphales in foro ima-
ines*;res una & eadem variè ſignificata;
it non vanè liceat colligere triumpha-
em ſtatuam & triumphalia inſignia mi-
ime diſcerni,aut illam conſtitui horum
artem,toti tamen exprimendo uſurpa-
am.Hoc honoris genus,τιμαὶ ἐπινίκιοι,
iberæ reip. ignotum, primum, ut non-
ulli opinantur , ab Auguſto tributum
Tiberio eſt. Anno urbis conditæ 742.
Suet.Tiber.c.9.*quas ob res & ovans &
urru urbem ingreſſus eſt* (Tiberius)
*rimus,ut quidam putant,triumphali-
bus ornamentis honoratus , novo , nec
antea cuiquam tributo genere honoris.*
Sed Dion.l.4. ſcribit biennio ante , nec
prius cuiquam , id contigiſſe Agrippæ.
Θυσίαι τῷ τοῦ Ἀγρίππου ὀνόματι ἐγένοντο,
οὐ μέντοι καὶ τὰ ἐπινίκια αὐτῷ ἐπέμφθη.
Οὔτε γὰρ ἔγραψεν ἀρχὴν ἐς τὸ συνέδριον
ὑπὲρ

ὑπὲρ τῶν πραχθέντων οὐδέν. ἀφ' οὗ δὴ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα αὐτῷ ὁμοῖοι νόμῳ τινὶ τῷ ἐκείνου τρόπῳ χρώμενοι οὐδ' αὐτοὶ τῷ κοινῷ ἔτ' ἐπέστελλον, οὔτε τὴν πέμψιν τῶν νικητηρίων ἐδέξαντο, ἀλλὰ μόναις ταῖς ἐπινικίοις τιμαῖς ἐγαυροῦντο. id eſt: *Sacra fiebant Diis nomine Agrippæ, nondum decretô tamen ei triumphô. Neque enim in Principio Senatum fecerat certiorem quomodo res ſucceſſiſſent. Vnde ſecutis temporibus qui illi pares, ejus exemplo velut lege uſi, nec Senatui ſcribebant, neque admittebant triumphum ſed triumphalia tantùm ornamenta.* Et ad hunc modum ſe res cum Tiberio habet. Cauſam novandi non conjecero aliam, quàm quod Auguſto videretur, nimium ex majeſtate habere triumphalem pompam, ei ſaltem qui ex priſca Rep. nihil ſupereſſe pateretur præter vocabula, idque gravatè, & qui propterea ubique libertati nervos incideret, ut tamen prioris temporis umbra ſupereſſet, callidè triumphos mutavit in triumphalia inſignia. Tantum decreti ſollenniter Principibus triumphi, aut eorum filiis, ut Germanico tempore Tiberii. Proximè triumphalia, ſed loco inferiori, erant *Conſularia inſignia* aut *ornamenta*

...menta τιμαὶ ὑπατικαί, atque etiam *prætoria*, τιμαὶ στρατηγικαί, ex iis, quæ, ut ...uto, illi obtinebant, quos Dio ſparſim ...ocat, τοὺς γε δοκοῦντας ὑπατευκέναι, ἢ στρατηγηκέναι. In ultimum rejecta gra...um *quæſtoria ornamenta*, quæ illorum ...ompotes exæquabant Conſulibus, Prę...oribus, Quæſtoribus. Tacit. 4. hiſtor. *...multo cum honore verborum Mutiano ...riumphalia de bello civili data, ſed in ...armatas expeditio fingebatur. Adduntur Antonio Primo Conſularia, Cornelio Fuſco, & Arrio Varo prætoria inſignia.* Annal. 11. *Decreta Narciſſo quæſtoria inſignia*, &c.

Et viſa inter temulentos arma] O-...dyſſ. τ.

Μήπως οἰνωθέντες ἔριν στήσαντες ἐν ὑμμῖν
Ἀλλήλους τρώσητε, καταισχύνητε δὲ δαῖτα
Καὶ μνηστύν. αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος.

...hoc eſt:

Ne privata ferox ſtimulans ad prælia Bacchus
In cædes rapiat, feſtæque opprobria menſæ.
Quippe ſolent iræ viſo ferveſcere ferro.

Severiſſimum centurionum] ἑκατοντάρχας δύο. Plutarch.

Petunt

Petunt urbem ac palatium] Sueton. Othon. c. 8. *Cum arma in caſtris ſub noctem promerentur, inſidias quidam ſuſpicati tumultum excitaverunt, ac repente omnes nullo certo duce in palatium cucurrerunt, cædem Senatus efflagitantes, repulſiſque Tribunorum, qui inhibere tentabant, nonnullis & occiſis, ſicut erant cruenti, ubinam Imperator eſſet requirentes perruperunt in triclinium uſque, nec niſi viſo deſtiterunt.*

Primoribus fœminis viriſque] ὀγδοήκοντα συγκλητικούς. Plut.

Abire properè] Καθ' ἑτέρας θύρας ἀφείς. Plutar. id eſt: *aliis emittens oſtiis.*

Præfectus legionis] modus loquendi, qualem in Tacito obſervari alibi non commemini.

Quina millia nummûm] quinque millia ſeſtertiûm, id eſt 39. li. 1. ſ. 3. d.

Cauſa in crimen evaluit] Si cauſa hîc aliqua contineatur, ſenſus fuerit, quicquid Tribunus ex mandato Principis egiſſet, ſiniſtrè milites interpretatos, quaſi non in Principis obſequium patraretur, ſed potius *ſervitiorum in Imperatorem armandorum gratiâ.* Plutarch. οἱ θεραπούτατοι πάντες ἐβόων, οὐδὲν ὑγιὲς τὸν Κρισπῖνον ἥκειν διανοούμενον, ἀλλὰ τὴν σύγκλη-

σύγκλητον ἐπιχειρεῖν πράγμασι νεωτέροις, καὶ τὰ ὅπλα κατὰ Καίσαρος οὐ Καίσαρι παρακομίζεσθαι. id eſt : *Illorum audaciſſimi una quaſi voce exclamabant aliud intendi Criſpino, Senatum res novas moliri, armaque non pro, ſed in Principem exprompta.*

Abjectis militiæ inſignibus] *Tribunatus inſigne*, dignitatis nota erat παραζώνιον Pugio. Martial. lib. 14. Centurionis erat, *Vitis*, caſtigandis, qui exorbitarent, militibus. Iuvenal. de Mario, Satyr. 8.

Arpinas alius Volſcorum in monte ſolebat
Poſcere mercedes alieno laſſus aratro.
Nodoſam poſthæc frangebat vertice vitem
Si lentus pigra muniret caſtra dolabra.
Hic tamen, &c.

Tacit. 1. Annal. C*enturio Lucilius interficitur, cui militaribus facetiis vocabulum*, cedo alteram, *indiderant; quia fracta vite in tergo militis, alteram clara voce, ac rurſus aliam poſcebat.* Præfectis *Prætorio* ξίφος gladius inſigne fuit. Xiphilinus ubi agit de Licinio Sura qui prætoriis cohortibus ſub

Tra-

Trajano præerat. ὅτε πρῶτον τῷ μέλλοντι τῶν δορυφόρων ἐπάρξειν τὸ ξίφος, ᾧ παραζώννυσθαι αὐτὸν χρῆν, ὤρεξεν, ἐγύμνωσέ τε αὐτὸ καὶ ἀνατείνας ἔφη. Λάβε τοῦτο τὸ ξίφος, ἵνα μὲν καλῶς ἄρχω, ὑπὲρ ἐμοῦ, ἂν δὲ κακῶς, κατ' ἐμοῦ αὐτῷ χρήσῃ. id eſt: *cum primum ei porrigeret, quem prætoriano militi præficeret, gladium, quo accingi debebat, diſtrictum in altum elevans, accipe*, inquit, *& pro me utere, ſi bene, contra me, ſi male impero.* Et Nymphidius apud Plutar. cum ſuum ſocium Tigellinum dignitate exueret, προσέταξεν ἀποθέσθαι τὸ ξίφος. id eſt: *gladium deponere juſſit.* gladii geſtandi prærogativa ſecum ferebat jus vitæ & necis in milites. Dio lib. 53. ἄλλῳ γὰρ οὐδενὶ, οὔτε ἀνθυπάτῳ, οὔτε ἀντιστρατήγῳ, οὔτε ἐπιτρόπῳ ξιφηφορεῖν δέδοται, ᾧ μὴ καὶ στρατιώτην τινὰ ἀποκτεῖναι ἐξεῖναι νενόμισται, οὐ γὰρ ὅτι τοῖς βουλευταῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἱππεῦσιν, οἷς τοῦτ' ὑπάρχει, συγκεχώρηται. id eſt: *Nemini licuit (ſeu proconſul, proprætor, aut procurator foret) geſtare gladium, niſi qui jus necis in milites haberet; eique tantum lege id conceſſum ſeu Senatori, ſeu equiti. Gladius* ξίφος aut *pugio* (videntur enim eâdem ſumi ſignificatione) ſupremæ

quo-

quoque poteſtatis inſigne fuit, more in hoc uſque tempus ſervatô. Vitellius imperio ſe abdicans, τὸ ξίφος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῖς τε ὑπάτοις, καὶ τοῖς ἄλλοις βουλευταῖς ὤρεγεν, ὡς καὶ τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν δι' αὐτοῦ ἀποτεθειμένος. id eſt: *Vitellius coacto Senatu gladium ſuum Conſulibus aliiſque Senatoribus tradidit, abdicata ſic ſuprema poteſtate.* Tacitus eodem reſpiciens 3. hiſt. *Poſtremo fletu præpediente aſſiſtenti Conſuli exſolutum à latere pugionem velut jus necis vitæque civium reddebat.* Suetonius Vitellio c. 15. *Solutum à latere pugionem Conſuli primùm, dein illo recuſante Magiſtratibus, ac mox Senatoribus ſingulis porrigens; nullo recipiente, quaſi in æde Concordiæ poſiturus abſceſſit.*

Auſpicato] id eſt: *addicentibus avibus.* quanquam enim nec Livius nec Dionyſius ritus ejuſmodi obſervatos tradant in creandis Senatoribus, cùm tamen conſtet *equitum Centurias* à Romulo *augurato ſcriptas* (Liv. l. 1.) urbem fundatam nominatamque *captis ad inaugurandum templis*, Remo Aventinum, Romulo Palatinum occupante (Livius lib. 1.[t] licet Ennius alia is loca aſſignet) cum Romulus ἐν ἕδρᾳ

[t] In Verſibus apud Tullium 1. de divinatione.

κατε-

κατεστήσατο τοῖς μετ' αὐτὸν ἅπασι, μήτε βασιλείας, μήτ' ἀρχὰς λαμβάνειν, ἐὰν μὴ καὶ τὸ δαιμόνιον αὐτοῖς (δι' οἰωνῶν) θεσπίσῃ. id eſt: *huic mori ſucceſſores obſtrinxerit, ne regno inaugurarentur aliive dignitati, niſi Diis per auſpicia approbantibus* (Dionyſ. Halic. lib. 2.) probabilis conjectura eſt id non fuiſſe neglectum in re tanti momenti, qualis erat creatio Senatorum. Sane, poſtquam Attius Navius cotem novaculâ incidiſſet tempore Tarquinii Priſci, Livius lib. 1. ſcribit creviſſe auguralis diſciplinæ exiſtimationem.

Subita inundatione Tiberis] Plutarch. καὶ τὸ περὶ τὸν θύμβριν δὲ σύμπτωμα σημεῖον ἐποιοῦντο οἱ πολλοὶ μοχθηρόν. hoc eſt: *populus fluvii inundationem habuit mali ominis loco*. Plin. lib. 3. c. 5. *Quinimo vates intelligitur (Tiberinus amnis) potius ac monitor, auctu ſemper religioſus verius quàm ſævus.*

Fames in vulgus] orta ex fluminis inundatione. Plutarch. πλεῖστον δὲ κατέκλυσεν ἐν ᾧ τὸν ἐπὶ πράσει διαπωλοῦσι σῖτον ὡς δεινὴν ἀπορίαν ἡμερῶν συχνῶν καταχεῖν. hoc eſt: *foro frumentario maxime nocuit inundatio ut ſecuta fuerit, per dies complures annonæ caritas.*

Inſu-

Inſulæ] *Inſulæ dicuntur proprie, quæ non junguntur communibus parietibus cum vicinis, circuituque publico aut privato cinguntur, à ſimilitudine ſcil. earum terrarum quæ fluminibus ac mari eminent, ſuntque in ſalo poſitæ.* Feſtus.

Obſtructum] *primo egreſſu inundationibus Tiberis retardatus (Otho) ad viceſimum etiam lapidem ruina ædificiorum præcluſam viam offendit.* Sueton. Othon. cap. 8.

Partibus fida] non quod novi legionarii claſſe veherentur (maxima enim pars apud Othonem remanebat) ſed quod *alii claſſiarii* in triremibus continuo ſervati ſpem foverent prævalituros ſe favore Othonis ſociis ſuis exhibito.

In cuſtodiam habitos] dimiſſi tamen erant ante ejus mortem, flagitio in ejus caput operam navaturi; conſtituebantque unam legionem, ut antecedentia probant; adeò ut non Othoni deberent beneficium quod ordinibus adſcripti eſſent, quod locus hic docet, ſed Galbæ.

Reliquis ſpes] illis ſcil. qui navalibus operis diſtinebantur.

Primipilaribus] id eſt, *qui primos*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

pilos duxiſſent; ut *Conſularis qui Conſul extitiſſet.*

Suetonius Paullinus] Othonis Centuriones hoc bello erant ſex aut ſeptem: *Paullinus, Celſus, Gallus, Proculus*, qui Tacito hic Spurinna eſt, & *Macer* in hiſtoria, & *Titianus* ejus frater, poſtea accerſitus.

Licinio Proculo] *Profecto Brixellum Othone, honor imperii penes Titianum fratrem, vis ac poteſtas penes Proculum præfectum, Celſus & Paullinus cum prudentia eorum nemo uteretur, inani nomine ducum alienæ culpæ prætendebantur.* Tac. 2. hiſt.

Cornelius Dolabella] cæſus poſtea juſſu Vitellii. 2. hiſt.

Scribonianus] Dalmatiæ præfectus. Dio lib. 60.

Sub ducibus aliis] Tac. 2. hiſt. *quod ſingulis velut ictibus tranſacta ſunt bella, ignavia Principum factum eſt.*

Vt in familiis] id eſt: *inter ſervitia* oppoſitè huic *plebem ingenuam*. 4. Annal.

Otho profectus] Roma profectus eſt Otho, referente Suetonio, *die quo cultores Deûm matris lamentari & plangere incipiunt*, hoc eſt, ſi *Marcelli-*

num

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

num ſequimur, die vigeſimo ſeptimo Martii.

Irritamenta libidinum] Iuvenal. Satyr. 2. ſcribit circumlatum Othoni inter belli inſtrumenta ſpeculum:

Res memoranda novis annalibus, atque recenti
Hiſtoria, ſpeculum civilis ſarcina belli.

Teſtimonium ab hoc Taciti diſſidens 2. hiſt. *Nec Othoni ſegne, aut corruptum luxu iter; ſed lorica ferreâ uſus, & ante ſigna pedeſter, horridus, incomptus, famæque diſſimilis.*

Religionem ancilium] *Ancilia clypei Martis* [u], *ab anciſu ſic dicta, quod ea arma ab utraque parte ut peltæ Thracum, inciſa.* Varro lib. 6. de ling. lat. Ovidius faſtorum 3.

Atque Ancile vocat, quod ab omni parte reciſum eſt,
Quemque notes oculis, angulus omnis abeſt.

Dionyſ. Halic. lib. 2. *Ancile* græce vertit πέλτην θρακίαν, clypeum Thracium forma quam maximè ſimilem ῥαβδοειδεῖ θυρεῷ στενωτέρους ἔχουσι τοὺς λαγόνας, *parmæ figura Rhomboidali, cujus anguli contracti*. Livius lib. 1. & lib. 5. vocat

[u] Quanquam Livius in oratione Camilli videatur tribuere Romulo affinitatis gratia. *Quid de Ancilibus veſtris Mars Gradive tuq; Quirine Pater, lib. 5.*

cæleſtia arma & *cœlo demiſſa*; cujus rei hiſtoriam fusè deſcribit Ovidius loco ſupra citato, *dum loquitur totum* &c. Extat eadem & apud Dionyſium variatis licet pauliſper circumſtantiis. ἐν δὲ ταῖς πέλταις πολλαῖς πάνυ οὔσαις μίαν εἶναι λέγουσιν διοπετῆ. εὑρεθῆναι δ' αὐτὴν φασιν ἐν τοῖς βασιλείοις τοῦ Νομᾶ μηδενὸς ἀνθρώπων εἰσενέγκαντος, μηδ' ἐγνωσμένου πρότερον ἐν Ἰταλοῖς τοιούτου σχήματος, ἐξ ὧν ἀμφοτέρων ὑπολαβεῖν Ῥωμαίους, θεόπεμπτον εἶναι τὸ ὅπλον, βουληθέντα δὲ τὸν Νομᾶν, τιμᾶσθαί τε αὐτὸ φερόμενον ὑπὸ τῶν κρατίστων νέων ἐν ἱεραῖς ἡμέραις ἀνὰ τὴν πόλιν, καὶ θυσιῶν ἐπετείων τυγχάνειν, δεδοικότα δὲ ἐπιβουλὰς τὰς ἀπ' ἐχθρῶν καὶ ἀφανισμὸν αὐτοῦ κλοπαῖον, ὅπλα λέγουσι πολλὰ κατασκευάσασθαι, τῷ διοπετεῖ παραπλήσια, Μαμουρίου τινὸς τὸ ἔργον δημιουργοῦ ἀναδεξαμένου, ὥστε ἄσημον γενέσθαι καὶ δυσδιάγνωστον τοῖς μέλλουσιν ἐπιβουλεύειν τὴν τοῦ θεοπέμπτου φύσιν, διὰ τὴν ἀπαράλλακτον τῶν ἀνθρωπίνων ἔργων ὁμοιότητα. id eſt: *Inter hos clypeos, quorum ingens numerus eſt qui è cœlo cecidit, inventus in palatio Numæ, à nemine eò delatus, neque tali uſquam forma apud Italos conſpectus. Vtraque hæc ratio induxit Romanos ut crederent à diis miſſum.*

ſum. Cum per urbem circumferri à nobiliſſimis adoleſcentibus feſtis diebus juſſiſſet Numa, conſtituto in memoriam annuo ſacrificio, veritus ne hoſtium fraude tolleretur, hoc modo præcavit. Curavit plurimos huic à Diis miſſo ſimillimos fieri ab opifice Mamurio, ut diſcernere nequiret, quiſquis ſuffurari voluiſſet, illum humana opera fabricatum & cœlo delapſum, fallente figuræ ſimilitudine [x]. Lampridius in Heliogabalo, *Matris typum, & Veſtæ ignem, & Palladium, & Ancilia, & omnia Romanis veneranda* &c. quæ vero *motus Ancilium* ſpectant, in iis duo obſervari compertum habeo. Servius ad illum Virgilii locum - - *utque impulit arma*, ſic ſcribit: *Is qui belli ſuſceperat curam* (conſulem, ut puto, intelligit) *ſacrarium Martis ingreſſus primo Ancilia commovebat; poſt haſtam ſimulachri ipſius Dei, dicens: Mars vigila.* Hiſce à Conſule actis, *Salii*, ut opinor, eorumque miniſtri protinus Ancilia publice circumferebant. Iſtius pompæ ſollennia enarrat Dionyſ. ἑορτὴ δ' αὐτῶν ἐστι περὶ τὰ Παναθήναια, τῷ καλουμένῳ Μαρτίῳ μηνὶ, δημοτελὴς ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἀγομένη, ἐν αἷς διὰ τῆς πόλεως ἀ-

[x] Varronis, à quo Dionyſius in re antiquaria raró diſſidet, alia videtur ſententia *lib. 5. de ling. lat.*

γουσι τοὺς χόρους εἴς τε τὴν ἀγορὰν καὶ τὸ καπιτώλιον, καὶ πολλοὺς ἄλλους ἰδίους τε καὶ δημοσίους τόπους χιτῶνας ποικίλους &c. id eſt: *Salii feſtum celebrant circa Athenienſium Panathenæa menſe Martio, per multos dies, quibus urbem obeunt ſaltantes in foro, Capitolio, aliiſque privatis, & publicis locis, verſicoloribus tunicis induti, & ſuccincti Zonis æreis. illis injiciunt pallia ſegmentis ex purpura prætexta, quæ ſua lingua vocant* trabeas, *quas conſtringunt nodis. in capite geſtant* apices *ipſis dictos. Præterea quiſque gladio accingitur, dextraque geſtat haſtile aut quidquam huic ſimile, læva ſcutum Thracicum. Militari modo & tibiæ ſono ſaltationes attemperant, nunc omnes ſimul, nunc per vices, & carmina à majoribus tradita pariter occinunt.* Livius lib. 1. *Salios item duodecim Marti Gradivo legit, tunicæque pictæ inſigne dedit, & ſuper tunicam æneum pectori tegumen, cæleſtiaque arma, quæ* Ancilia *appellantur, ferre ac per urbem ire canentes carmina cum tripudiis ſollemnique ſaltatu juſſit.* Feſtum illud, teſtante Dionyſio, celebrabatur μηνὶ μαρτίῳ, incipiebatque, ut ex Ovidio diſcimus, cum ipſis Ca-

Calendis Mart. Cariſius referre videtur ad *quinquatrus*, quibus initium præbet decimus nonus Martii dies. *Quinquatrus*, inquit, *à quinquando, illuſtrando, quod eo die arma Ancilia luſtrari ſint ſolita*, erroneâ procul dubio etymologia; cum nihil certius ſit quàm *quinquatrus* derivari à *quinque*, Ovidius

Nominaque à junctis quinque diebus habent.

Varro lib. 5. de ling. lat. *Quinquatrus quod erant poſt diem quintum Eidus.* Si res ſic habet, Quinquatrus dies erant *Minervæ* ſacri, & non Marti, cui dicata proprie *Ancilia.* Feſtum ergo, quod Calendæ Martii auſpicabantur, extendebatur ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας (Dionyſ.) atque ex hoc Taciti loco manifeſtum, non recondi ſolita ante decimum quartum ejuſdem menſis, cum Otho abitus ſui ſollennitate apud Senatum & populum fungeretur. Polyb. fragment. ceremonias illas producit ἐπὶ τριάκονθ' ἡμέρας, id eſt uſque ad trigeſimum diem. Sed *motus ancilium* aliquot, poſt iſtius feſti initium, dies exordium habuit, ut fidem facit ille Polybii locus, & Livius lib. 37. ubi in eadem verſatur materiâ;

quo tempore durante expeditiones ſuſcipi non ſolent. Suetonius Othon. c. 8. Tacito ſuffragatus huic loco facem allucet; *expeditionem impigre atque etiam præpropere inchoavit* (Otho) *nulla ne religionum quidem cura; ſed & motis, necdum conditis Ancilibus, quod antiquitus infauſtum habebatur.* Liv. lib. 37. *Stativa ad Helleſpontum aliquandiu habuêre; quia dies forte, quibus Ancilia moventur, religioſi ad iter inciderant.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

HENRICI SAVILII

NOTÆ

IN SECVNDVM LIBRVM

Hiſtoriarum C. Taciti.

I*Mperio*] Flavianæ ſcilicet familiæ.

Lætum aut atrox Reip.] lætum & proſperum, ſi reſpicias Veſpaſianum & Titum, atrox & odioſum, ſi Domitianum.

Cauſam profectionis] Ioſeph. ἀλωσ. 4. cap 29. addit, miſſum Titum, ut ſuper Iudææ rebus mandata Galbæ acciperet, ἀσπασόμενος καὶ ληψόμενος τὰς περὶ Ἰουδαίων ἐντολάς. id eſt: *Principem ſalutaturus & accepturus mandata ſuper rebus Iudæam ſpectantibus.*

Accinctum ad adoptionem] Suet. Tito cap. 5. *Galba mox tenente remp. miſſus ad gratulandum (Titus) quaqua iret convertit homines quaſi adoptionis gratiâ arceſſeretur.*

Suo quam patris imperio] Sueton. Tito cap. 1. *Privatus atque etiam ſub pa-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

tre Principe ne odio quidem, nedum vituperatione publica caruit.

Læva maris] id eſt lævas maris partes, aut læva maris littora; illa ſcilicet maris Mediterranei loca, quæ ex Syria Corinthum petentibus ad lævam ſita.

Aëriam] hanc opinionem Tacitus ipſe videtur ſequi 3. Annal. *exin Cyprii tribus delubris* (jus aſyli petebant) *quorum vetuſtiſſimum Paphiæ Veneri Auctor Aëris poſuiſſet.*

Cinaras] Pater Cypri, à quo putant nonnulli inſulam accepiſſe nomen. Euſtathius in Dionyſ. τινὲς δέ φασι κύπρον κληθῆναι αὐτὴν ἀπὸ Κύπρου υἱοῦ Κινύρου. h. e. *ajunt quidam Inſulæ nomen Cyprum eſſe à Cypro quodam filio Cinyræ.*

Cilicem] De Cilicum induſtria, quâ huc ſpectat, legi poſſunt quæ Cicero de Divinatione & alii habent.

Quanquam in aperto] Euſtathius in Odyſſ. θ. ubi agit de ara quam Veneri ſacravit Paphos, ὁ δὲ ῥηθεὶς βωμὸς αἴθριος παρέκειτο, οἷα, εἰκὸς, κατὰ καὶ ἄλλοι περὶ τῷ ποιητῇ φαίνονται, περὶ οὓς ῥέζεσκον ὁδῖται. hoc eſt: *dicta ara ſub dio poſita erat, eo modo, quo aliæ etiam apud Homerum fuiſſe videntur; in quibus ſacra faciebant viatores.*

Ma-

Madeſcunt] idem narrat Polybius lib. 16. neque alii fidem denegant. κα-ταπεφήμισται δὲ καὶ πεπίστευται παρὰ μὲν τοῖς Βαργυλιήταις, διότι τὸ τῆς Κινδυάδος Ἀρτέμιδος ἄγαλμα καίπερ ὂν ὑπαίθριον οὔτε νίφεται τὸ παράπαν, οὔτε βρέχεται. hoc eſt: *fertur & creditur apud Bargylietas, ſtatuam Dianæ quæ Kindyas vocatur, etſi ſub dio poſitam, nec pluviis nec nivibus madeſcere.*

Ad Patrem] qui tum ſubſiſtebat Cæſareæ, quæ Iudææ caput. Ioſeph. ἁλωσ. 4. cap. 29.

Secluſum mare] aut extra iter Vitellii, & Othonis poteſtatem ſitum.

Audentioribus ſpatiis] id eſt *per altum*, ut opponat inter ſe *littus & oram legere ſeu prætervehi*, & ſenſus loci ſit, Titum Corintho Cyprum verſus oram legiſſe, atque è Cypro in Syriam mari aperto tranſvectum.

Templum Paphiæ Veneris] Strabo lib. 14. εἶτα παλαιὰ Πάφος, ὅσον ἕνδεκα σταδίοις ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἱδρυμένη, ὕφορμον ἔχουσα καὶ ἱερὸν ἀρχαῖον τῆς Παφίης Ἀφροδίτης. id eſt: *Proximè adjacet antiqua Paphos, undecim circiter ſtadiis à mari remota, ubi & commoda navibus ſtatio, & vetus templum Veneris,*

cui nomen à loco Paphia. Homerus Odyſſ. θ.

Ἡ δ' ἄρα Κύπρον ἵκανε φιλομμειδὴς
Ἀφροδίτη
Εἰς Πάφον, ἔνθα δέ οἱ τέμενος βωμός τε
θυήεις.

hoc eſt:

Cypron adit Cytherea, Paphoque illata, reviſit
Inclyta odoratas adolent quæ altaria meſſes.

Dionyſius Afer totam appellat inſulam ἐπήρατον ἄστυ Διωναίης Ἀφροδίτης. Id eſt: *Veneri pergratis ſedibus urbem.*

Templi ſitum] deſignatum id quidem ſcribentis animo, ſed quominus pertractatum, fecit oblivio; niſi fortè illa verba *quanquam in aperto* plenæ deſcriptioni ſufficere putemus. Sed durior aliquantò fuerit æquis auribus illa interpretatio, cum ſpeciatim de altaribus actum ſit, & Homero diſtinctè diſertéque tam τέμενος commemoretur, quàm βωμὸς, id eſt templum & altare.

Precibus & igne] Si incruentum fuerit ſacrificium, ut ex hiſce verbis colligere licet, non vanè dubitetur, cur præceſſerit mentio de eligendis beſtiis, hædorum fibris, & *cæſis compluribus hoſtiis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

hoſtiis. Sed forte ſanguinem victimarum ſpargere ante altare fas erat, dummodò ipſum immolandorum cruore illibatum ſervaretur.

Continuus orbis] figura quam Tacitus deſcribit, conus eſt, Maximus Tyrius vocat πυραμίδα; levi diſcrimine, ſi urgeatur proprietas. Verba ejus ſunt Διαλέξει λη. Κελτοὶ σέβουσι μὲν Δία· ἄγαλμα δὲ Διὸς Κελτικὸν, ὑψηλὴ δρῦς. Ἀράβιοι σέβουσι μὲν, ὅντινα δὲ οὐκ οἶδα. τὸ δὲ ἄγαλμα ὃ εἶδον, λίθος ἦν τετράγωνος. Παφίοις ἡ μὲν Ἀφροδίτη τὰς τιμὰς ἔχει, τὸ δὲ ἄγαλμα οὐκ ἂν εἰκάσαις ἄλλῳ τῳ ἢ πυραμίδι λευκῇ. id eſt: in 38. ſermone, *Celtæ colunt Iovem; cujus ſtatua ipſis eſt alta quercus. Arabes colunt, ſed neſcio quem. Imago quam apud ipſos vidi, lapis eſt quadratus. Venus magnis apud Paphios afficitur honoribus, ſtatuam ejus alii rei non melius compararis quàm candidæ pyramidi, aut potius triangulari pyramidi.* forte ſcripſit πυραμίδι Δκῇ id eſt τριγωνικῇ.

Imperii præmia] videtur expreſſiſſe Ioſephi verba, quæ extant 4. ἁλώσ. cap. 36. συνιόντες δὲ οἵ τε ἡγεμόνες καὶ οἱ στρατιῶται καθ' ἑταιρίαν φανερῶς ἤδε μεταβολὴν ἐβουλεύοντο, καὶ διαγανακτοῦντες

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ἐβόων οἱ μὲν ἐπὶ τῆς Ῥώμης στρατιῶται τρυφῶντες καὶ μηδὲ ἀκούειν πολέμου φήμην ὑπομένοντες διαχειροτονοῦσιν οἷς βούλονται τὴν ἡγεμονίαν, καὶ πρὸς ἐλπίδα λημμάτων ὑποδεικνύουσιν αὐτοκράτορας. αὐτοὶ δὲ διὰ τοσούτων κεχωρηκότες πόνων, καὶ γηρῶντες ὑπὸ τοῖς κράνεσιν ἑτέροις χαρίζονται τὴν ἐξουσίαν, καὶ ταῦτα τὸν ἀξιώτερον ἄρχειν παρ' αὐτοῖς ἔχοντες. id eſt: *Duces & milites in unum coëuntes palam ſe res nouas moliri oſtendebant, cum indignatione clamitantes; milites qui ſecurè degunt Romæ, qui vix ſuſtinent dire nomen belli, pro libitu Imperatorem legunt, & ſpe commodi renuntiant Principem. Ipſi verò laboribus & bellis attriti obſequi coguntur & autoritatem deferre alteri, cum ipſi apud ſe habeant virum imperio digniorem.* & paulò poſt: χορηγήσειν δὲ οὐ μόνον αὐτοὺς τότε τὴν ἰσχὺν τοῖς ἀποδειχθεῖσιν, ἅτε τρία τάγματα, καὶ τὰς παρὰ τῶν βασιλέων συμμαχίας ἔχοντας, ἀλλὰ καὶ συνεργήσειν τά τε πρὸς ἠῶ πάντα, καὶ τῆς Εὐρώπης ὅσα ἀπὸ τοῦ Οὐιτελλίου φόβων κεχώρισται. id eſt: *non ſolum ſe velle omnem vim eò vertere ut confirmetur ipſis imperium, quoſcunque ibidem legiſſent, nunc tribus legionibus & auxiliaribus copiis inſtructos; ſed*

con-

conjuraturum Orientem & illam Europæ partem, quam metus Vitellio non haberet obnoxiam.

Meminerant] Tacit. 4. hiſt. in oratione Curtii Montani, & paulò poſt, ubi occurrit junctus *Eprio Marcello.*

E Dalmatia Pannoniaque] & ſic è Mœſia legiones proficiſcebantur, ſed ad *Aquilejam* ſubſtiterunt. Tacit.

Rebellione Britanniæ] hiſtoriam hanc fusè exſequitur Tacit. 14. Annal. & in vita Agricolæ.

Eligendo ut potiſſimos] deſtinatæ *ad portas Caſpias* expeditioni, ut puto; & poſt rebellionem Vindicis eos apud ſe in Italia retinens.

Alæ cohorteſque] fortaſſis intelligit duo millia quorum ante meminit, fortaſſis etiam, aut potius, alios præterea.

Per civilia arma] Pompejus in bello civili adverſus Cæſarem idem meditabatur, ſed diſſuadentibus amicis ab incepto deſtitit. Cæſar de bello civili lib. 3. cap. 4.

Veſtricius Spurinna] de illo vide Plinium lib. 4. ep. 1. & 10. & 2. ep. 7.

Ripas Padi] quæcunque tandem ſententia fuerit, res docet cuſtodiendæ ripæ non adhibitos præter gladiatores.

Latæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Læta Othoni principia] in deſcribendo rem tanti momenti, qualis hæc fuit, inter Vitellium & Othonem agitata, Tacitus, ut mihi quidem videtur, longè ſeipſo inferior eſt; omiſſis, quæ plurimum huc faciunt, circumſtantiis, aſſerenſque & confundens in ſpeciem pugnantia, atque, ut breviter dicam, lectori non ſatisfacit ex hiſtoriæ legibus. Quoad circumſtantias, Othonem, præcipuum actorem, & cujus vel veſtigia fuiſſent numeranda, Tacitus ex urbe deducit, integro pene Senatu ſtipatum, in fine Martii, atque, ut exploratis aliorum ſcriptis (Suetonii & Marcellini) conjectare licet, die vigeſimo ſeptimo. Mox narrat quàm animosè & militari ſpiritu plenus anteceſſerit pedites, qui hic repente cum ſuis ex conſpectu evaneſcit. Cum tamen verum ſit, & Mutinæ relictum Senatum, & ipſum hoſti obviam proceſſiſſe, Brixellum uſque, quæ civitas Padi ripis adſidet. Præmiſſis centurionibus ibidem ſubſiſtit, ut ex Plutarcho apparet, &, alibi etiam, Tacito. quæ circumſtantiæ, me quidem judice, non ita leves ſunt, ut tam negligenter earum ratio haberi debuerit. Plutarchus refert, Celſum, Paullinum, Gallum & Spurinnam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

nnam Brixello miſſos. Tacitus vide-
r velle Gallum & Spurinnam jam an-
e Roma miſſos *ad occupandas* y *Padi*
pas. Si hoc velit, ut Pado occupato
à Auſtrum ſpectat Vitellianos ſiſte-
nt aut ſaltem prohiberent fluminis
anſitu, poſtquam intra montes cohi-
ri non poſſent, ubi anguſtiæ inſeſſæ
guam manum in repellendo ingen-
ius copiis æquarent, conſtat facti ra-
. Sed Gallo id neglectum. Sin aliud
endit, ut in utraque ripâ victor con-
teret, totique, quà fluvius excurrit,
minaretur, quomodo paucæ cohor-
integrum Cœcinæ exercitum exci-
re potuerunt, cum deeſſet ipſis loci
portunitas? Gallo autem & Spurin-
præmiſſis, non addito unde, *ad oc-*
pandas Padi ripas, aſſignat Tacitus
inque prætorianas cohortes, equitum
xilla, legionem primam adjutricem,
duo *gladiatorum* millia. in progreſ-
gladiatores tantùm regendos dedit
artio Macro, qui tertius, & poſt eum
avio Sabino, interjectoque inter alios
os longo ſatis intervallo, Spurinnam
acentiæ locat cum tribus prætorianis
hortibus, mille *vexillariis*, qui nuſ-
am in recenſione totius antea exer-
citus

y Forſitaſſe horum verborum ſenſus eſt, *ad occupandas Padi ripas*, ut condita ad Padum oppida in ſuam redigerent poteſtatem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

citus nominati, paucisque equitum; & Gallum cum prima adjutrice; qui neſcio ubi, aut quando, aut quibus ex cauſis diviſas duxerint copias; ſed ubicunque fuerit cum Bebriacum occuparet in itinere quo pergebat Placentiam, omnino in ſeptentrionalibus Padi partibus fuit. Tres verò alii centuriones Paullinus, Celſus, & Proculus, non ignota in apparatu hujus belli nomina, ex hac diviſione non habent quod agant (& profecto ut verum fatear, non video magnis admodum copiis illos potuiſſe inſtructos eſſe, valido præſertim apud Othonem exercitu relicto) imo ne quidem nominantur. Si blandientibus conjecturis indulgere licet, probabile fuerit, Proculum, prætoriano militi præfectum, Brixelli ſubſtitiſſe exſpectato Othone. Sed Celſi & Paullini nomina in prælio *ad Caſtoris* ante non occurrunt, qui derepente ad duodecimum à Cremona milliare in conſpectũ prodeunt, nec procul Bebriaco (ubi Gallus relictus) nullâ in anteceſſum mentione eorum factâ; præter multos alios cum *prima legione* ipſis attributa, quæ Gallum propriè ducem habebat. Adeo ut, cum autor in culpa ſit, quod rem illam per-

rſpicue deſcriptam non habemus , o-
nari liceat, Paullinum & Celſum poſt-
Brixello miſſos in caſtra ad Bebria-
m , aut cum Gallo futuros Imperio
ri, aut datos ei ſucceſſores, quod verò
opius eſt, & diſceſſiſſe Gallum , forte
rando ex caſu vulneri, quem ſecundo
ſtoriarum reperias. Cum in prælio
Caſtoris ſilentio tranſmittatur, & il-
ad Bebriacum , non deprehendes ta-
en ubi Tacitus eum ultimò conſti-
it . quod verò autor noſter ob leves
adiatores inter & Vitellianos pugnas
on ſatis continuò exercitas, ab Otho-
fratrem Titianum accerſi facit, Ro-
æ relictum , ut proximum ſibi locum
eretur , Plutarchus longè melius ma-
ſque ex vero ſcribit , factum , id poſt
ælium *ad Caſtoris* , quod ignaviam
ullini incuſaret, miſſum quoque Pro-
lum prætorianis cohortibus præfe-
um; ſed quando Bebriacum venerint,
xta cum ignaris ſcio. Iam verò ſi O-
o Brixelli, Paullinus & Celſus Bebria-
fuerint , quem locum deſignabimus
bitis inter Othonem, Titianum, Pro-
lum, Paullinum & Celſum conſiliis,
ſente Gallo ? Hic novus Taciti la-
us , vindicemque ſe nodo præſtat Plu-
tarchus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

tarchus, qui ſcribit Othonem Brixello Bebriacum petiiſſe adhibendis in conſilium Centurionibus quo ad ſummam rei. Hactenus de Othone ejuſque centurionibus, ſequitur copias expendamus: quæ fuerunt duplices, aut Roma ductæ aut aliunde advocatæ. quas Roma duxerat, ſextuplices fuerunt, 1. *quinque prætoria cohortes* : 2. *Equitum vexilla* : 3. *Legio prima adjutrix* : 4. *Gladiatores* : 5. *Cætera prætoria cohortes* & 6. *Claſſici*. Apud Gallum & Spurinnam fuerunt, 1. *quinque prætoria cohortes*; ex quibus tres Spurinna Placentiæ habuit, duas reliquas videtur Gallus habuiſſe. 2. *Equitum vexilla* ſine numero; 3. *Legio prima adjutrix claſſica ex reliquis cæſorum à Galba ad Pontem Milvium*. 4. duo millia *gladiatorum*. in obſidione Placentiæ mille *vexillarii* recenſentur; an ab omnibus hiſce diverſi, an aliorum pars fuerint, ignoro. In Othonis comitatu *ſpiculatorum lecta corpora*, ut opinor è *prætorianis*. 5. *Cætera prætoria cohortes*, exceptis quinque cum Gallo miſſis; & tamen ingens prætorianorum numerus claſſi Narbonam miſſæ militabat, adeò ut reliquæ non adeſſent.

Claſſici

laſſici undecunque tandem emerſe-
nt, multos nobis ſuppeditârunt, & in
ultos ſufficient viros. Septem millia
pontem Milvium à Galba cæſa, cæ-
ri decimati, *è reliquis prima legio ad-
trix* conſtabat. In claſſe Narbonenſi
ultitudo eorum æquaverat milites.
ic ingentem claſſicorum numerum
bemus; cum Othone mille *Claſſici
ter Placentiam & Ticinum interce-
i*, quos omnes circumſtantiæ perſua-
nt non fuiſſe ex iſto agmine. Pluri-
is quoque claſſicis inſtructus Turul-
s Cerealis, ſed unde acciti fuerint, &
omodo iis præeſſe cœperit, Tacitus
norare nos patitur. Præter illos in
ntam multitudinem diffuſos tertius li-
r integram nobis legionem è claſſi-
s exhibet, à *prima adjutrice* diverſam,
æ Hiſpaniam tum obtinebat. Exter-
e Othonis copiæ fuerunt, quas ſolum
bmiſerat Illyricum, ubi ſeptem tum
giones, duæ ſcilicet in Dalmatia, Vn-
cima Claudiana, & quartadecima Ge-
ina; totidem in Pannonia, Septima
albiana & tertiadecima Gemina; tres
Mœſia, Tertia Gallica, Septima Clau-
ana, & Octava Auguſta, ut alibi dictũ.
m verò omnibus illis ab Othone ac-
cerſi-

cerſitis, juſſu ejus, inquit Tacitus, iter ingrediuntur legiones è Dalmatia & Pannonia, ubi manifeſto in vitio hæret, cum & legiones è Mœſia eò contenderent, quæ ad Aquileiam penetrârunt, facili in Othonis partes animo, ut idem narrat Tacitus. Adeo ut ſeptem illæ legiones mandato Othonis excitæ, pariter incederent; ſed quæ anteverterint eventum prœlii ad Bebriacum, quæ non, (ſi quid video) nodus eſt inexplicabilis, cum Taciti verba non una oppoſitione ſe evertant, contradictioniſq; nexu implicentur, neque aliunde ſuppetat hiſtoriæ ſubſidium quoad hanc narrationem. Atque ut rem inde repetamus, unde amotis dubii nebulis non infuſcata ſe dat, tres legiones è Mœſia prorſus ab hoc prælio abfuerunt. Tacit. lib. 3. *Mœſici exercitus vires integræ.* Adfuerunt duo millia præmiſſa è quatuor legionibus in Dalmatia & Pannonia, ut Tacitus loquitur. Sed Suetonius Veſpaſiano cap. 6. videtur velle ex Mœſia veniſſe. *Mœſiaci exercitus bina è tribus legionibus millia miſſa auxilia Othoni*; & ipſe Tacitus *præmiſſi Mœſia*; intelligitque aut eoſdem, quos hic è Dalmatia Pannoniaque adveniſſe ſcribit, aut qui

prælio

[pr]ælio interfuerant, & cum univerſus [luſ]traretur exercitus, hic non inveniun[tu]r. Et lib. 3. *Duæ tunc Pannonicæ ac [M]æſicæ alæ perrupêre hoſtem*, ubi agit [de] levibus equitum pugnis in principio [pr]ælii ad Bebriacum. Ante quatuor [ve]rò legiones è Dalmatia & Pannonia, *[al]æ cohorteſque præveniebant:* quæ ver[ò] referenda videntur ad hæc *bina mil[li]a præmiſſa*; quamquam fieri poſſit ut [au]xiliares ≈ alii miſſi fuerint poſt bina [m]illia, & ante ipſas legiones; quarum [ad]ventus quæſtionem facit intricatiſſi[m]um. In prælio *ad Caſtoris* habemus *[te]rtiæ decimæ legionis vexillum* ex illis [Pa]nnonicis. In atroci ad Bebriacum [pu]gna *tertia decima legio* à Tacito re[ce]nſetur, & Vedius [a] Aquila ejus lega[tu]s. Quartadecimanorum quoque ex [Da]lmaticis legionibus mentio fit in fe[ro]ci ad Bebriacum conflictu, & lib. 3. *[Q]uartadecimani Campis Bebriacenſi[bu]s fuſi ſtratique.* Septimam autem [G]albianam & undecimam Claudianam [an]te prælium commilitonibus ſuis jun[ct]us fuiſſe, utut in ipſa acie non expri[m]antur diſertè, ex eo patet, quod æ[qu]e *inter victas legiones* numerentur ac [qu]artadecima & tertia decima, & ju-

bente

≈ *Quatuor auxiliorum cohortes in prælio ad Caſtoris.*

a Vedium Aquilam tertiæ decimæ legionis legatum.

bente Vitellio *ſuis hibernis reddita*, & *in Pannonia tertiadecima legio ac Septima Galbiana dolorem iramque Brebiacenſis pugnæ retinentes*. Inſuper milites Prætoriani Campis Bebriacenſibu cedere coacti, unico ſe Mœſicarum [b] legionum, auxilio ſolantur; quæ ad Brixellum quoque animando Othoni nominantur, *præmiſſi Mœſia eandem obſtinationem adventantis exercitus legiones Aquilejam ingreſſas nuntiabant ut nemo dubitet poſſe renovari*, &c. Atque hæc, ſimilemque in ſenſum loca perſuadent probabiliter ſtatui poſſe, quatuor legiones è Dalmatia & Pannoni. jam antè veniſſe cæteriſque junctas fuiſſe, ſed quando venerint, & quomodo aut ubi ſe collegerint, quæque aliæ huc faciunt circumſtantiæ ut res tanti momenti perſpicuâ narratione dilucescat; non excuſandâ Taciti negligentiâ nobis interciderunt. Contra, quartamdecimam nondum eò veniſſe adſtruunt Taciti verba in Bebriacenſi conſultatione, vix duobus aut tribus ante pugnam diebus initâ, *paucis diebus quartam decimam legionem, magna ipſam fama, eum Mœſiacis copiis affore*; unde colligere liceat, alias tres jam veniſſe, ſed non

[b] *Venire Mœſicas legiones.*

non quartam decimam. *E victis legionibus*, quartadecimâ primâ, tertiâ decimâ, ſeptimâ, undecimâ, *ſoli quartadecimani ſe victos abnuebant*; ut cæteras adfuiſſe probabilitatis habeat ſpeciem. Medio inter conſultationem & pugnam tempore altum de adventu ſilentium, qui omnino, ſi venerant, memorari debuerat, atque unde Titianus [c] & Proculus ſuam in Paullinum & Celſum defenſionem muniiſſent. Si ex conjecturis hæc petita dixeris, quomodo te expedies ex Taciti loco, *Cæcinus atroci mendacio univerſos perculit, affirmans ſuperventu quartædecimæ legionis verſam partium fortunam*; tanquam re certâ, quod quartadecima nondum veniſſet tempore Bebriacenſis pugnæ. Et rurſus, ubi agit de quartadecima legione, *Bebriacenſi acie vexillariis tantum pulſis vires legionis non affuiſſe.* Præterea Pannonicæ legiones, teſte Plutarcho, abſuerunt quoque, cum illa ad Bebriacum conſultatio haberetur. Ὄθωνι ὲ τὸ ἤδη παρούσης οὐκ ἐλάττονα προσδόκιμον εἶναι δύναμιν ἐκ Μυσίας καὶ Παννονίας. id eſt: *quas Otho ex Myſia Pannoniaque exſpectabat copias, non minores erant iis quas ſecum habuit.* Taci-

c Titianus ac Proculus ubi conſiliis vincerentur, ad jus imperii tranſibant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

tus lib. 3. *Pannonicæ legiones deceptæ magis quàm victæ reſurgere in ultionem properant.* Sed ut ſumma ſequamur rei veſtigia, ſi quatuor [d] legiones è Pannonia & Dalmatia, pars fuerint Bebriacenſis prælii, cur ignoramus modum, quo ſe Vitellio ſubjecerint, Othoniani exercitus decus numero & virtute? Et tamen nemo refragetur, quin proximè à pugna, quatuor ad minimum legiones de quibus diſputamus, in Italia fuerint, Vitellii Imperio obnoxiæ, ut ipſi Tacito teſtimonium denuntiamus. Sed quando in Italiam venerint, an aliis ſe junxerint & quando; & quomodo ſe dederint Vitellio regendas, tranſmiſit ſilentio iners Taciti labor, qui rem procul dubio graviſſimam mutilæ deſcriptionis ignavia conſpurcat. Quoad Vitellium, nihil non in liquido eſt, quæſtionumque tricis evolutum. In utraque Germania, *Kal. Ianuar. Galba iterum & Vinio Coſſ.* motus Vitelliani tempore, ſeptem fuerunt legiones, ut alibi diximus; nimirum in Germania inferiori, quinta & quinta decima in ſtativis ad Vetera; primaque Noveſii, ſextadecima Bonnæ. In ſuperiori Germania, quarta Macedonica, & decima octava, aliàs duo & vi-

[d] Suetonius c. 9. ſcribit Othonem ſibi manus intuliſſe violentas, *reſiduis integriſque etiam nunc copiis quas ſecum ad ſecundos caſus detinuerat, & ſupervenientibus aliis è Dalmatia, Pannonia & Niceſia.*

& viceſima, poſitis ad Magontiacum caſtris, una & viceſima Rapax, ut arbitror præſidium Vindoniſſæ. Ex illis una & viceſima Rapax tota, & duæ ad Magontiacum Cæcinam comitatæ, cui triginta millium exercitus colligebatur; atque ſe in Italia ſociavit ala Syllana. Valens ſecum ſumpſit *aquilam quintæ*, cohorteſque & alas ex tribus aliis, conſtituendo quadraginta millium exercitui; aggregantibus ſe in itinere *legione Italica, & octo cohortibus Batavorum*, Tacit. 1. hiſt. Et tamen ante Vitellii adventum nulla hîc comparet legio, niſi Rapax & Quintani. Per *Aquilam* autem *Quintæ* non tota legio, ſed magna ejus pars intelligenda eſt, Quintæ licet nomen gerat, cum multi, eodem tempore & quintæ nomine, Vetera tenerent. Abiturus autem Vitellius ſecum traxit reliquum Germanici exercitus robur, (ait Tacit. lib. 2.) eodem legionum numero & nomine (Rapace tantum excepta, quæ integra deceſſerat.) Sed imminutis admodum ordinibus [e], paucíſque & pene nullis militibus; ut Hordeonius 4. *lib. Tacit.* ſub ſignis habuerit in Germania quintam & quintamdecimam ad Vetera, ſextamdeci-

[e] Vt duæ legiones ad vetera relictæ conſtabant tantũ quinque armatorum millibus. Tacit. 4.

mam Noveſii, primam Bonnæ, quartam & octavam decimam, aliàs duo & viceſimam, Magontiaci; Et eodem tempore in Italia ſub Vitellio fuerit alia Quinta, alia quintadecima, alia ſextadecima, & ſic alia prima, quarta, octavadecima, aliàs duo & viceſima; non integræ legiones, ſed binæ ejuſdem legionis partes, excepta Rapace, quam integram ſecum ſumpſit Cæcina, non relicta in Germania legione, quæ vocaretur Rapax; donec illa legio eodem poſtea ſe conferret ſub Cereale.

Deforme auxilium] Peſſimum mancipiorum genus, &, præter rei infamiam, arguit etiam Tacitus militiæ inhabiles, *neque ea conſtantia gladiatoribus ad prælia, quæ militibus*, &c. Et tamen hiſtoria nos latere non ſinit, quomodo Spartacus & paucum iſtius notæ vulgus, poſitis tum demum diſciplinæ rudimentis, Prætores & Conſules fugâ disjecerint, maximaſque Reip. Romanæ turbas faceſſiverint. Et P. Rutilius Conſul, ut libro ſecundo refert Valerius Maximus, gladiatoribus ex C. Aurelii Scauri ludo ſubmiſſis ad exercendos milites, *vitandi atque inferendi ictus ſubtiliorem rationem legionibus*

inge-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ingeneravit. Sed major fortaſſis apud iſtos homines ſolertia, quàm virtus eſt.

Ala] quæ, ut alibi notamus, complectebatur decem turmas ſeu cohortes; ut quatuor turmæ & ala conſtituerent quatuordecim equitum turmas. Ex illis duodecim in hoſtem miſſæ, reliquæ data *Foro Iulii* cuſtodia.

Acie ita inſtructa] in hoc conflictu diſtinctè apud Othonem memorantur Claſſici, pagani, Prætoriani, & Claſſis. Vitellio militant duodecim equitum turmæ, Cohors Ligurum, Tungricarum cohortium dilectus, quingenti Pannones, & præter eas copias paulò poſt Alpini; niſi fortaſſis utroque loco legendum Alpini, ut fortè Ligures deſignentur, cùm nulla aſſequar imaginatione, quid hic rei ſit Pannonicis. Aut ſi verum id ſit, quod tamen mirum videatur, operæ pretium fuiſſet ſcire ex Autoris deſcriptione, quomodo illuc fuerint delati, quæ tamen hic deficit.

Præmiſſæ à Cœcina cohortes] 1. hiſt. *quia præſidio alæ unius latiſſima pars Italiæ defendi nequibat, præmiſſæ Gallorum, Luſitanorum, Britannorumque cohortes & Germanorum vexilla.*

Irritabat Padus ipſe] Indignati ne

quaſi ad injectos à Pado obices hærerent, qui magna apud ſe Rheni aliorumque fluminum ſpatia equitando tranſmittere conſuêrant. Tacit. 4. Hiſt. *Batavi præcipuo nandi ſtudio arma equoſque retinentes integris turmis Rhenum perrumpere.*

Indomitus miles & belli ignarus] Plutarchus ſcribit, Spurinnæ copias pene internecione à militibus deletas, ipſum verò probris exceptum, proditorem vocabant, & qui Principis negotia cunctationibus perderet. Alii ſtimulante vino irruperunt de nocte in tentorium ejus, viaticum flagitantes, ut ad Principem Brixellum profecti, proditionis reum peragerent.

Inter Padum Alpeſque] Commemorata nobis Mediolanum, Novara, Eporedia & Vercellæ lib. 1. Aliæ urbes multæ & magnæ quomodo elegerint Vitellii partes, ſilentio Tacitus præteriit; & tamen illud rei momentum cenſeo, ut neglectim haberi non mereatur, præſertim quod Cremonam attinet. Plutarchus eò inclinat, ut putet Cremonam, inter Alpes & Padum ſitam, aliquamdiu ab Othonianis occupatam fuiſſe; Et Tacitus hic ſcribit, *capta Pannonio-*

noniorum cohors apud Cremonam à Vitellianis. Illa autem Pannoniorum cohors, quæcunque tandem fuerit, & undecunque eò delata, (Tacitus enim rem conjecturis nubilam relinquit) ab Othone datum videtur urbi præſidium, atque cum ipſa urbe à Vitellianis capta; licet Plutarchi narratio nonnihil variet temporis hic deſcripti circumſtantiam.

Vtrimque pudor, utrimque gloria] Pudor ſi vincerentur, gloria ſi vincerent.

Denſum legionum agmen] & tamen unicam tantum legionem habuit Cœcina, quæ *undeviceſima Rapax*, ut ego quidem locum interpretor.

Tradidêre ſe abeunti Turullius Cerealis] ut penitiori lector cognitione frueretur, utile fuiſſet addidiſſe an à Spurinna defeciſſent aut Gallo aliove quopiam, & quæ iſtuc fortuna detuliſſet.

Bebriaci ſiſtit] Forte ut adventantes è Dalmatia Pannoniaque legiones exciperet, quæ, ſi ullæ fuerint, Gallo ſe junxerunt, ducibus fors Paullino & Celſo.

Bebriacum] ait ſcholiaſtes Iuvenalis, qui ſic ſcriptum exhibet, *viſus eſt à Cremona viceſimo lapide.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Pluteus] *Pluteus*, inquit Vegetius lib.4. cap.15. Machina quædam bellica eſt moveri apta, *contexta ad ſimilitudinem abſidis, & ciliciis vel coriis tecta, quam obſidentes applicant muris, ejuſque munitione protecti ſagittis ſive fundis vel miſſilibus defenſores de propugnaculis exturbant, ut ſcalis adſcendendi facilior præſtetur occaſio. Vinea* ex Vegetii ibidem deſcriptione & Lucan. lib. 3. Fabrica erat ex ligno aut cratibus terra ſuperingeſta, *ſub qua ſubſidentes tuti ad ſubruenda murorum penetrant fundamenta.* Crates cum alterutro idem eſt, aut ſaltem eodem pertinet.

Notus infauſtuſque] per utramque cladem intelligit duo prœlia, alterum inter Othonem & Vitellium, quod hoc libro exequitur; alterum inter Vitellianos & Flavianos, cui ſequens liber deſtinatur, & plerumque ſumpto ex re nomine *Cremonenſis prœlii* venit; quod ſub Cremonæ tum muros fuerit pugnatum, viceſimo à Bebriaco lapide, etſi initia velitationum inciderint in octavum circiter à Bebriaco lapidem. 3. *hiſt.* Priorque conflictus evenerit longe à Bebriaco, *immenſum id ſpatium*, inquit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

quit Tacitus, & veriſimilitudo ſi non fallit, multa milliaria complexum, ut alibi planius diſcutietur.

Titianum fratrem accitum] hanc centurionum mutationem Plutarchus, magis ex vero, poſt prælium *ad Caſtoris* recenſet, τῆς νίκης (illam ad Caſtoris intelligit) οὐκ ἐπὶ πᾶν προελθούσης κακίᾳ τῶν στρατηγῶν, ἔπεμψεν Ὄθων Τιτιανὸν ἐπὶ τὰ στρατόπεδα, καὶ Πρόκλον τὸν ἔπαρχον. id eſt: *cum illa victoria non ſatis uteretur centurionum ignavia, Otho Titianum mittit ad exercitum, & Proculum prætoriano militi præfectum.* Et ſanè non ita levis mutatio eſt, ut cauſam dederit inertia infimi hominis, præſertim cum videamus Macrum, culpæ authorem, loco ſuo non dejectum, & Paullinum ac Celſum, qui uterque grande momentum Reipub. ex alieno crimine quodammodo gratia multari, ſi Tacitum ſequimur. Iam verò poſt errorem quocunque tandem modo commiſſum, allegatos Brixello Romam, tantis locorum ſpatiis diviſam, qui Titianum acccerſerent, ibi tum agentem, ut ex verbis ſub finem libri primi conſtat, & in Bebriacenſi conſultatione ſiſterent, mirum forte illis videatur, qui ad animum

revocârint medium, quod inter Othonis ex Roma cum exercitu egreſſum, ejuſque mortem effluxit, tempus non excedere viginti quatuor dies, & fortaſſe pauciores complecti.

Rex Epiphanes] cujus regionis? quæ illuc fortuna devexit? De illo poſtea quid actum? quicunque enim eminentiore loco conſtituti reliquis in hiſtoria præfulgent, impenſiorem exigunt ſcriptoris operam, ſi erronea me non ludit opinio.

Ad duodecimum à Cremona locus caſtrorum vocatur] locus hic *ad Caſtoris* duodecim milliaribus (inquit author) à Cremona diſtat, Cæcinæ caſtris, ut opinor, occupatus, à Bebriaco ad minimum, octo, ubi tendebat Paullini & Celſi miles, ad intervalli tamen medium hic mutuo ſe occurſu excipiunt. Gallus, ut videtur, regreſſus erat curando ex lapſu vulneri, aut ſaltem, cum in prælii hic deſcriptione nuſquam ſe offerat, relictus caſtrorum cuſtodiæ; ut tempore Bebriacenſis pugnæ, de qua poſtea.

Tres Prætoriæ cohortes] Quinque Prætorias cohortes Gallus & Spurinna ducebat. *Tacit.* Earum tres Spurinna

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſecum habebat Placentiæ, tres alias hîc in caſtris Gallus, ut numerus, una ſuperante, non conſtet. Sed excuſando errori id dabimus, quod non procul abeſſet Otho ex aliis ſuppleturus Prætorianæ cohortis defectum.

Fremere legiones] Mirum videatur, legiones fremuiſſe eorum diſceſſu, quos ſibi inviſos reddiderat infamis licentia, ſi Tacitus non fallitur in iis, quæ proximè antecedunt, verbis.

Vetitis obire vigilias Centurionibus] Centurionum erat non *obire vigilias* ſed βουκανᾷν *tubæ inflatu vigilias diſtinguere.* quo ſono exciti penes quos ille labor (Polybio equites quidam, Vegetio circitores) vigilias obibant. Centurionibus itaque monendi ſignum intermittentibus, nullæ obibantur vigiliæ.

Objacere flumen Padum] non ad *Bebriacum*, ubi in conſilia itum, ſed hoc vult, ſi retrocederent (quod optabat) in Ciſpadanam regionem & defenſionis ſuæ curam capeſſerent.

In oculis utriuſque exercitus] quorum alter proxima *Bebriaco* caſtra habebat, alter, faventibus huic opinioni conjecturis, *Cremonæ*, intermedio viginti milliarium ſpatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Prӕcipue Paullinum]Plutarchus hoc Celſo tribuit, ſed minori probabilitate.

Cn. Pompejus occultior, non melior] *Salluſt. apud Suetonium lib. de Claris Grammaticis. Pompejus oris probi, animique inverecundi.*

Citus equo Numida] Viri hodie eminentiori dignitate adhibent plerumque quoſdam Africanos Numidaſve equites ducendo comitatui, aut expediendis quæ feſtinato opus habent. Seneca epiſt. 124. *Omnes jam ſic peregrinantur, ut illos Numidarum prӕcurrat equitatus, ut agmen curſorum antecedat. Turpe eſt nullos eſſe qui occurrentes viâ dejiciant, qui honeſtum hominem venire magno pulvere oſtendant.* item ep. 88. Mart. l. 12. Epigr. 24.

Non vector Libyci niger caballi,
Succinctus neq; curſor antecedit.

Stratis una & viceſimanorum principiis] Plutarcho principia hîc ſunt qui primos ducunt ordines. Παύσας ὁμοῦ τε περὶ μάχης ἀποκτείναντες.

Alphenus Varus] Præfectus caſtrorum *Valentis*, & nunc juſſu *Cӕcinnӕ* relictus ut cum *Othonianis gladiatoribus* manum conſereret, ubi res poſcere videretur.

Bebria-

Bebriacum petentes] ad vigeſimum inde milliare diſtans, ut ego intervallum dimetior; ut Plutarchus 150 ſtadia, id eſt paulò infra decimum nonum milliare.

Multo adhuc die] controverſiam huic loco movere liceat, quomodo ſexdecim milliaria conficiet exercitus diei unius itinere, in hoſtem pugnabit cæſuſque & in fugam conjectus viginti emetietur milliarium viam, aut noctem prævertet ſuo illuc adventu, medio menſe Aprili.

Profecto Brixellum Othone] Prælii hujus deſcriptio laborat multis non excuſandæ negligentiæ vitiis. Sed ut prius extricetur lectionis ambiguum, in editis quibuſdam exemplaribus verba ſic emendata leguntur *Confluentes Padi & Adduæ fluminum petebant*, ubi veteres MSS. habent *Padi & Agele*, manifeſto corrigentis errore. Padus & Addua confluunt ſupra Cremonam; Bebriacô inferius ad vigeſimum milliare remotô; ut Othoniani è campis Bebriacenſibus excîta mole exercitus, pugnæque in Vitellianos accincti qui circa Cremonam erant, contendere non debuerint ad confluentes Padi & Adduæ. Sed ob-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſtat loci diſtantia, cum recta Bebriacum inter & confluentem Adduæ via longius excurrat, quàm poſiti hac deſcriptione termini patiuntur. quærendus itaq; fluvius Pado confluens, quatuor [e] aut circiter infra Cremonam milliaribus; fortaſſe Ollius, aut alius, ad cujus confluentem Othoniani progrediebantur, & unde haud procul factum prælii initium. Tacitus verò ignarum dimittit lectorem (quod ſummopere mireris) ubi Vitellianis caſtra fuerint. Macer ſuos habuit gladiatores ***haud procul Cremona***, cui Cæcina pontem objecit, ſtructum, ut circumſtantiæ perſuadent, non longe à præcipua caſtrorum ſede. Diſperſi quoque fugâ Vitelliani Cremonam petunt, munitionis caput & refugii locum. Tandem ipſe Tacit. 3. hiſt. ubi de Cremona agit, *eadem rurſus belli ſedes*, & eodem libro, *Othoniano bello Germanicus miles mœnibus Cremonenſium caſtra ſua, caſtris vallum ſuum circumjecerat*; res animadverſione digna, ſed gratior, ſi hic fuiſſet inſerta. Ex omnibus hiſce locis (ſi meo ſtetur judicio) certius, quàm per conjecturas, ſtatuere licet, Vitellianos caſtra habuiſſe ad Cremonam quomodo-

[e] *Vitellianus vix quatuor millia paſſuum progreſſus.*

docunque illuc fuerint delati; nam ſuper ea re, ut antea feci, non moveo authori controverſiam. Othoniani autem, inquit Tacitus, quatuor progreſſi milliaria, relictis tamen quæ caſtrorum Bebriacenſium defenſioni ſufficerent, multis copiis; cum tamen locus ille, ad quartum à Bebriaco lapidem, in unam tantùm noctem eligeretur; Othoniani enim magna clade accepta, Bebriacum confugiebant. Longius *f* inde & ſexdecim milliarium iter ingreſſi, non rectà, ut ſupponere licet, ſed ad læva Padi deflectentes, quatuor circiter milliaria infra Cremonam ad confluentes Padi & Oglio, ut hodie vocant, aut Agele, aut quodcunque fuerit nomen; & tamen non videntur *g* ibi conſediſſe, ſed rectà in hoſtem, ſuis ad Cremonam munitionibus tutum, pergebant. Nam, (inquit Tacitus) pleroſque Vitellianos equites *h* intra vallum ſuum redegerant. Prout ergo rem concipio, miſellus hic vicus Bebriacum, nomine ita ignoto præteritis conſecutiſque temporibus, ut ſitus ejus inter incerta ponatur, injuſtè hujus prælii fama celebratur pre teri-

f Narrat Plutarchus Bebriaco profectos proceſſiſſe ad 50 ſtadia uſque ad vadũ; ſequenti die ſtatuerant conficere centum ſtadia, niſi diſſuaſiſſet Paullinus donec re ex Numidici equitis nuncio dirempta, rectà in hoſtem pergerent.

g Othoniani quamquam diſperſi, pauciores feſſi.

h Vitelliani equites quominus à paucioribus in vadum impingerentur, Italicæ legionis virtute territi ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

teritâ Cremonâ. Et tamen conſpirat Scriptorum omnium in illud nomen conſenſus; niſi forte hæc movet ratio, quod Othoniani in fugam ſparſi eò ſe receperint. Pugnæ enim initium in vigeſimum ab illo milliare incidit, & ſub Cremonæ mœnia; Tempus autem, ſi Ioſephum & Egeſippum ſequimur, in poſterum à prælio ad Caſtoris diem. Sed Tacitus, cui hîc potior debetur fides, in re magis ei explorata utpote intra Italiam geſtâ, aliò nobis præit. Suetonius Othone cap. 9. occurſum utriuſque exercitus longè aliter deſcribit. *Apud Bebriacum fraude ſuperati quum ſpe colloquii facta quaſi ad conditionem pacis militibus eductis, ex improviſo atque in ipſa conſultatione dimicandum fuiſſet.*

Annius Gallus] conſultationi ad Bebriacum habitæ non interfuit; quando reverſus eò fuerit, & cur, cæteris ad pugnam euntibus, ibidem ſubſtiterit, Taciti negligentia intactum reliquit; ut & complurium, quæ ſpeciatim Celſum, Gallum, Titianum &c. ſpectant, ignoratione nos multat, cum accuratæ narrationis operam mereantur in ſubjiciendis Valenti & Cæcinæ Othonianis; Plu-

utarcho non omiſſa , & iners autho-
: noſtri ſilentium arguentia , qui (ſi
rum fateri licet) hac narratione ita
functus eſt , ut illud ſolum intelliga-
us , quid ſcripſerit non intellexiſſe. Et
ne quoad particularia ſcribit Plutar-
us , qui in acie verſati fuerant , pro-
Ios, ſui ſe ignaros fuiſſe διὰ τὴν ἀτα-
ίαν καὶ τὴν ἀνωμαλίαν. id eſt: *cum om-
a confusè gererentur.* Neque tamen
cuſanda Tacitus commiſit, cum Plu-
chus minori rerum Romanarum no-
ia , cui nec ita faciles ad intima ne-
tiorum aditus , ex duobus malis id
odidit memoriæ , quod magis potuit
telligi ; vir alioquin Tacito longè
ajor.

Clamor aut gemitus] εἷς δὲ τῶν ἀφα-
νεστέρων στρατιωτῶν , inquit Plutarchus ,
ανατείνας τὸ ξίφος, καὶ εἰπὼν, ἴσθι Καῖσαρ
ως ὑπὲρ σοῦ παρατεταγμένους ἅπαντας
πέσφαξεν ἑαυτόν. id eſt: *ex gregariis mi-
ibus quidam elato in altum gladio
clamore, omnes, inquit , ô Cæſar ſic
fecti ſumus ut in tuam gratiam vel
noſmetipſos manus vertere non recu-
mus.*

Sepulchrum exſtructum] *Brixilli.*
utarch.

Origo

Origo illi è municipio Ferentino] ſed qui Romæ natus eſt.

Maternum genus impar] Suetonius appellat *ſplendidiſſimam fœminam* c. 1.

Meruit bonæ famæ] Martial. lib. 6. epigram. 31.

Cum dubitaret adhuc belli civilis Enyo,
Forſitan & poſſet vincere mollis Otho;
Damnavit multo ſaturum jam ſanguine Martem,
Et fodit certâ pectora nuda manu.
Sic Cato dum vivit, ſanè vel Cæſare major:
Dum moritur, nunquid major Othone fuit?

Verginius] μανικὸν ἡγησάμενος, (inquit Plutarchus) τὴν ἡγεμονίαν τῶν ἡττωμένων παραλαβεῖν, νενικηκότων πρότερον μὴ θελέσας. πρεσβεύειν δὲ πρὸς Γερμανοὺς δεδιὼς τοὺς πολλὰ βεβιάσθαι παρὰ γνώμην ὑπ' αὐτοῦ δοκοῦντας. id eſt: *inſanum exiſtimans accipere imperium à victis, cum antea idem recuſâſſet accipere à victoribus; veritus quoque ad Germanos legatione fungi, quos ad multa adegiſſet vi, quæ animis averſabantur.*

Iis copiis] gladiatorum.

Tri-

Triceſimo ætatis anno] Otho natus rat, teſtante Suetonio cap. 2. Camillo : Ahenobarbo Coſſ. vigeſimo die Arilis, *anno urbis conditæ* 785, denatus 22. Galba iterum & Vinio Coſſ. menm non exprimit Tacitus, ut hac neligentiæ culpa creber eſt, etiam in reus magni momenti. Nihilominus ſi rincipatus initium repetas à decimo uinto Ianuarii, ut narrat Tacitus 1. iſt. & mortuus ſit, ut teſtatur Suetoius, *nonageſimo* [i] *& quinto imperii ie*, computatis in Ianuarium diebus ptemdecim, octo aut novendecim in ebruarium, uno & triginta in Martim, incidet mors ejus in decimum otavum aut nonum Aprilis. Verum quiem eſt, à Xiphilino & Zonara tribui antùm imperio ejus novem & decem ies, ſed ex eodem erroris fonte uterue hauſit, ut arbitror. Otho enim Româ profectus eſt, ſuffragante Suetonio ap. 8. die quo cultores Deûm matris mentari & plangere incipiunt, qui vigeſimus ſeptimus Martii eſt, ex ſenentia Marcellini. Et viginti tres aut uatuor dies videri poſſunt nimis pauci, uàm ut rebus tam arduis, ſuffecerint, uales Tacitus contigiſſe vult intra iſtos

[i] ἡμέρας δύο καὶ τρεῖς μῆνας κρατήσας τῶν πραγμάτων, id eſt, *poſtquam imperaſſet tres menſes & duos dies*, ait Ioſephus de Othone ἁλώσ. 4. cap. 33.

iſtos & mortis tempus. Iam verò à viceſimo octavo Aprilis anno 785 uſque ad decimum octavum aut nonum Aprilis anno 822, numerantur anni triginta ſeptem, ut hic refert Tacitus (cum quo ſentiunt Zonaras & Xiphilinus, non triginta octo, ut vult Suetonius, qui utrumque extremum eodem amplectitur computu) deficientibus novem aut decem diebus ad explendum numeri integri hiatum; Xiphilinus deeſſe ſcribit undecim dies, ζήσαντα ἑπτὰ καὶ τριάκοντα ἔτη, ἕνδεκα ἡμερῶν δέοντα.

Ordo Mutinenſis] id eſt, *decuriones Mutinenſium*, tanquam publicum loci conſilium.

Suprema ejus mandata] poſtquam omnes dimiſiſſet Senatores (ſcribit Suetonius cap. 10.) *ſecreto captato binos codicillos exaravit ad ſororem conſolatorios: ſed & ad Meſſalinam Neronis, quam matrimonio deſtinaverat, commendans reliquias ſuas & memoriam*, additis Vi·ellio mandatis in amicorum ſuorum gratiam, ait Zonaras.

Cerealia] quæ duodecimus Aprilis dies inchoabat, decimus nonus finiebat, ut cum *Othonis circa Brixellum* mors Romæ vulgaretur, *Cereales ludi*

ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

more ſpectabantur , etiam quo obiit e; feſtinans enim nuntius facile occu- vit decimum octavum Aprilis diem, fieri non potuit ut decimo nono non eſſet.

Poſtulante exercitu] Sueton. ſcribit I2. *primo imperii die*, aliis & in hunc cum pugnantibus circumſtantiis.

Iuba] Vltimus Mauritaniæ rex, à æſare victus anno urbis conditæ 708.

Curuli ſua] Etiam Imperatorum mporibus Conſules habuêre *ſellas cu- ules*, ſolo forte ornatu diſpares. Li- era Rep. etiam Prætores & Ædilium uidam.

Infanti ſuo] ſex ætatis annos haben- . *Zonaras.*

In ſolatium ceſſit] non longo tem- ore ſuperſtes, procurante ejus cædem luciano. 4. *hiſtor.*

Trachalum] qui author orationis, b Othone Roma profecturô habitæ d populum. 1. hiſtor.

Inexplebilis libido] vide Sueton. Vi- ell. c. 13.

Corruptiſſimum quemq; adoleſcen- ium] Senec. ep 99. *Aſpice illos juve- es, quos ex nobiliſſimis domibus in a- enam luxuria projecit.*

Pulſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Pulſi Italia Mathematici] Summa edicti erat, *ut intra Kal. Octobr. Vrbe Italiaque Mathematici excederent.* Proxima nocte Aſtrologi aliud vulgarunt programma, ſcribit Suetonius cap. 14. *in hæc verba:* BONVM FACTVM, *ut Vitellius Germanicus intra eundem Kalendarum diem uſquam ne eſſet*, quàm hoc in ipſo verum comprobarit eventus, qui in finem uſque mox ſecuti Decembris ſupervixit, velim conſtaret nobis ex Aſtrologorum ſupputationibus ad liquidum deductis, præſertim cum ipſorum libri ambitioſè admodum venditent id exemplum. Vt verum fatear, Zonaras videtur errantibus patrocinari, ut & Xiphilinus, qui edictum ſcribit propoſitum, poſtquam Vitellius Romam venerat, cùm ex Tacito colligi poſſit Lugduno potius miſſum fuiſſe. Verba illius hæc ſunt, ἐπεὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐγένετο πρόγραμμα ἔθετο δι' οὗ τοὺς ἀστρολόγους ἐξήλασε (ſuperſtitionis alioquin immodicus) φιλόμαντις ὑπάρχων, καὶ μηδέ τι βραχὺ πράσσων ἄνευ αὐτῶν. id eſt: *vatibus deditus neque vel levia iis non conſultis aggredi auſus*, (inquit Zonaras) προειπὼν σφίσιν ἐντὸς τῆσδε τῆς ἡμέρας (ῥητὴν τινα τάξας) ἐξ

ἁπάσης

ἁπάσης τῆς Ἰταλίας χωρῆσαι. καὶ αὐτῷ ἐ-
:εῖνοι νυκτὸς ἀντιπροσθέντες γράμματα ἀν-
ιπαρεισήγγειλαν ἀπαλλαγῆναι ἐκ τοῦ βίου
ὐντὸς τῆς ἡμέρας ἐν ᾗ ἐτελεύτησε. id eſt:
*Romam cum veniſſet, Edictum tulit
uo in exilium ire jubet Aſtrologos,
onſtituto die intra quem (expreſſis
um verbis deſignabat) Italia excede-
ent. Illi ut paria redderent, nocte pro-
oſuerunt publicè edictum, morte ei de-
unciata intra certum diem, neque fe-
ellit eventus.*

Diplomata] quæ à præfectis licet
onceſſa, & impreſſis eorum ſigillis
nunita eſſent, ſtilus tamen velut ex
rincipis perſona loquebatur, cujus no-
nine quodcunque iſtius generis man-
atum concipiebatur.

Lucius Arruntius] Tacit. 4. Annal.

E Prætoriis cohortibus metus] Sue-
onius Vitellio cap. 10. idem ſcribit,
eque ulterius procedit: *quicquid præ-
oriarum cohortium fuit, uno exaucto-
avit edicto.* Sed conſcripto recens ex-
rcitu, qua de re agit Tacitus, etiam
rbanæ cohortes videntur dimiſſæ.

Honeſtæ miſſionis] miſſio alia hone-
a, alia ignominioſa eſt. honeſta ex va-
tudine, ex ſtipendiis confectis, &, li-

berâ,

berâ, niſi fallor, Rep. *pro hæreditate adeunda, pro honoribus petendis* &c.

Struere amphitheatra] ad breve tempus, & ſic remiſſa Pannoniam, ubi denuo conſpicitur, cum primum à Vitellio Illyricum deficeret.

Tempeſtivis conviviis delectantur] *Convivia tempeſtiva ſunt* quæ ante conſuetam horam inchoata, longius protrahendæ hilaritati inſtruuntur.

Quam diſciplinæ propiora] Vide Sueton. Vitell. cap. 10.

Externoque bello parantibus fatis] incentore Civili & Batavis, quodque mox Gallorum rebellio continuavit. Tacit. 4. & 5. hiſtor.

Lacera corpora] Xiphilinus refert in prælio circa Cremonam utrimque cecidiſſe 40000. Tacitus ex præcepto Salluſtii nunquam aut rarò numerum exprimit.

Regium in morem] Non mirum id in Romanis Principibus; niſi abroganda Suetonio fides in Galba, cap. 18. *per omne iter dextra ſiniſtraque oppidatim victimæ cædebantur.*

Horruit] Suetonius Vitellio cap. 10 *ut campos, in quibus pugnatum eſt, adiit, abhorrentes quoſdam cadaverum tabem*

tabem, deteſtabili voce confirmare auſus eſt, optime olere occiſum hoſtem, & melius civem.

Spadonum gregibus] 3. hiſtor. de Fabio Valente, *multo ac molli concubinarum ſpadonumque agmine.*

Sectari cantantes ſolitus] Vide Sueton. cap. 4.

Coarctati aliorum conſulatus] Nonnulli ſane loco dejecti; ſed quiſque, ut patet, binos menſes explevit, recepta tum iſtius temporis conſuetudine. adi notas in librum primum.

Pervigilia] vigiliæ & ſollennia noctu peragi ſolita in honorem Deorum quorundam, interdum in noctes aliquot continuas protracta, qualibet ſane inſolentiâ licentiâque infames; *Cum vinum & nox, & miſti fœminis mares, ætatis teneræ majoribus diſcrimen omne pudoris exſtinxiſſent*, ait Livius. Abundârunt tali ſacrorum genere Græcorum Reſpublicæ, infundente ſe pariter vitiorum comitantium multitudine, ut Comœdiæ iſtius temporis docent, atque ex Plauti Aulularia perſpicere licet, *Ego me injuriam feciſſe fateor filiæ tuæ, Cereris Vigiliis per vinum atque impulſu adoleſcentiæ.* Sed hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Cereris ſacra videntur præ cæteris caſtius habita, ut locum ſuum tueri potuerint, multis aliis rejectis apud *Tullium* 2. *de legibus. Nocturna ſacrificia mulierum, ne ſunto præter illa quæ pro populo ritè fient, neve quem initianto, niſi, ut aſſolet, Cereri, græco ſacro. Vitellius*, narrante Suetonio cap. 10. *in Apennini quidem jugis etiam pervigilium egit*; Tacitô fortaſſis ad illud factum hic alludente. Bacchanalia autem, ut opinor, pervigilia fuerunt in honorem Bacchi, omnium perditiſſima, & vera morum corruptela. De illorum origine, incremento, deſtructione apud Romanos, legatur Livius lib. 38. & Tullius lib. de Legibus.

Lauro roſiſque conſtraverant] Principes, & tali faſtigio proximi excipi ſolent ſparſis per vias quacunque incederent, floribus. Herodianus lib. 4. Caracallâ Alexandriam ingrediente, δαδουχίαις τε καὶ ἀνθέων βολαῖς ἐτίμων τὸν βασιλέα. id eſt: *honorabant Imperatorem accenſis facibus ſparſiſque floribus.* & lib. 1. Cum Romam Commodus intraret, ὡς δὲ πλησίον ἐγένετο τῆς Ῥώμης πᾶσά τε ἡ σύγκλητος, καὶ πανδημεὶ ὅσοι τὴν Ῥώμην κατῴκουν ἄνθρωποι, δαφνηφόροι τε,

ξοί τε, καὶ πάντα ἐπιφερόμενοι αὔθη τότε ἀκμάζοντα, ὡς ἕκαστος οἷός τε ἦν πόῤῥω τῆς πόλεως ὑπαντῶν. id eſt: *Cum Romæ appropinquaret, totus Senatus, & quotquot Romam incolebant, urbe egreſſi obviam procedebant quam longè poterant, lauros geſtantes & flores quos anni tempeſtas dabat.* Claudianus Panegyr. 2. de Stilicone:

Spectabunt cupidæ matres, ſpargentur & omnes
Flore viæ.

Diis loci] Illorum religio ſylvis & campis ſuum tribuit peculiarem deum, quo non favente, nihil non iſto loco ſiniſtrè tentabant homines. Sic Æneas apud Virgil. lib. 7. Italiam ingreſſus

—— Geniumque loci, primamque Deorum
Tellurem, Nymphaſque & adhuc ignota precatur
Flumina ——

Oreſtes in Sophoclis Electra

Ἀλλ' ὦ πατρῴα γῆ, θεοί τ' ἐγχώριοι
Δέξασθέ μ' εὐτυχοῦντα ταῖσδε ταῖς ὁδοῖς.
Me Patria tellus, voſque præſides Dii
Excipite, ſitque fauſtus ingreſſus, precor.

Apud Xenophontem 1. παιδ. Cambyſes

ſes & Cyrus cum Perſiam relinquerent προσηύξαντο θεοῖς καὶ ἥρωσι τὴν Περσίδα γῆν κατέχουσιν, ἵλεως δὲ εὐμενεῖς πέμπειν σφᾶς. id eſt: *Deos Perſiæ tutelares rogabant ut faverent, & feliciter propoſitum iter conficere paterentur.* Mediam ingreſſi, προσηύχοντο αὖθις θεοῖς τοῖς Μηδίαν γῆν κατέχουσιν, ἵλεως δὲ εὐμενεῖς δέχεσθαι αὐτούς. id eſt: *iterum orabant deos* &c. *ut propitii acciperent.*

Viro militari] Veſpaſianus enim, antequam mitteretur in Iudæam, in Germania fuerat legatus legionis, poſtea in Britannia, ubi triginta præliis interfuit, viginti civitates expugnavit, Inſulamque Vectem Romano ſubjecit imperio, unde obtinuit *triumphalia ornamenta*. Suet. Veſp. cap. 4.

Capax imperii] annum agens vigeſimum ſeptimum.

Cupreſſus arbor] Sueton. Veſpaſian. cap. 3.

Sed primi Conſulatus] *quem geſſit*, ait Sueton. *per duos noviſſimos anni menſes* extremo *Claudii* Principatu.

Quicquid eſt] Suet. Veſp. c. 5. *Apud Iudæam Carmeli Dei oraculum conſulentem* (Veſpaſianum) *ita confirmavêre ſortes, ut quicquid cogitaret volveretque*

retque animo, quantumlibet magnum, id eſſe perventurum pollicerentur.

Initium cœptum] Sueton. Veſp. c.6. ſcribit inchoatum id ab Illyrico exercitu.

V. Nonas Iul.] Suet. V. Idus, qui undecimus eſt dies.

Impetu militum] illorum ſtudia in Veſpaſianum, modus ſuſcepti ab eo imperii, & quæcunque hic circumſtantiæ obſervatu dignæ occurrunt, optimè à Ioſepho deſcripta ἁλώσ. 4. c. 36. (qui coram inſpexit) cum aliis ſpeciatim in literas miſſis, quæ hic apud Tacitum ſilentio damnata, ab Egeſippo lib. 4. cap. 27. ſi genuinus ille author eſt, ac non potius ſuppoſititia excerpta ex Ioſepho.

Excitus ab urbe] Ex Iudæa cum Tito veniebat cum à Patre ad Galbam mitteretur, qui cognita Galbæ morte regreſſus eſt Corintho. Agrippa nihilominus, inquit Ioſephus lib. 4. c. 29. μηδὲν ὀῤῥωδήσας πρὸς τὴν μεταβολὴν, εἰς τὴν Ῥώμην ἀφικέσθαι διέγνω, *ut apud novum Principem locaret gratiam*, ait qui vulgo circumfertur Hegeſippus l.4. cap. 21.

Theatrum ingreſſus ubi illis conſul-

tare mos eſt] Illud enim omnibus Græciæ civitatibus in uſu,ut ex græcis Oratoribus & Hiſtoricis diſcimus. Res ab Auſonio notata *ludo ſeptem Sapientum, Prologo.*

Quid erubeſcis tu togate Romule?
Scenam quod introibunt tam clari viri?
Nobis pudendum eſt hoc, non & Atticis
Quibus theatrum curiæ præbet vicem?
Noſtris negotiis ſua loca ſortitò data
Campus comitiis, ut conſcriptis curia.
Forum atque Roſtra ſeparat jus civium.
Vna eſt Athenis, atque in omni Græcia
Ad conſulendum publici ſedes loci.

Cappadociæ legionibus nondum additis] Veſpaſianus confirmato jam imperio, ſcribit Suetonius cap. 8. *Cappadociæ propter aſſiduos barbarorum incurſus legiones addidit, Conſularemque rectorem impoſuit pro equite Romano.* Ex Tacito tamen non apparet penitus inermis, *Cappadocia Pontuſq; & quicquid caſtrorum Armeniis prætenditur.*

Clauſtra Ægypti] Ioſephus ἁλώσ. l. 4. c. 37.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

c. 37. fusè hanc materiam exequitur, quam Italiæ neceſſaria ſint hæc horrea, quantum undique per totam regionem munitionis robur difficillimos faciat terra marique aggreſſoribus aditus, & præſertim Alexandrini portus pericula; penſiculatè immoratâ particularibus hiſce deſcriptione. Poſt conſilia tamen Beryti habita, ſi Ioſephum ſequimur, Veſpaſianus Alexandriam prius, quàm Ægyptum adiit.

Paratu ſtrepere provinciæ] deducto prius in iter deſtinatum Mutiano redit, ac ſermonem de apparatu repetit, non ſine turbis, & fortaſſis ut Mutiani dicta comprobet *pecunias eſſe belli civilis nervos*.

Berythus] ex iis, quæ Ioſephi nobis prodit deſcriptio, apparet Beryti primo Veſpaſianum & Mucianum conveniſſe, & ante actum fuiſſe inter illos Tito internuntio, quem Tacitus cum Muciano in Syria locat; prorſus præter neceſſitatem, ſi antea fuerint congreſſi, & aliquid de ſumma rei decretum. Sanè nihil in Tacito reperias de priore conventu, mirumque videatur, quomodo bini exercituum ductores coram ſe invicem potuerint compellare nondum ſuſce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

pto bello. Si non conveniſſe ſtatuas, priuſquam arma ex publico decreto ſumpta, perierit optimæ orationis materies, quam Tacitus Muciano tribuere omni modo conatur. Sed ſi hiſtoriæ ſpectetur veritas, & rerum in Iudæa & Syria geſtarum ſeries ad animum revocetur, malo Ioſephi fide ſtare, qui, ut antè diximus, oculos hîc teſtes habuit.

Neque tamen properans] Ioſephus ἁλώσ. 4. c. 40. ὁ δὲ Μουκιανὸς διὰ τὴν ἀκμὴν τοῦ χειμῶνος δείσας τὸ πλεῖν, πεζῇ τὴν στρατιὰν ἦγε διὰ Καππαδοκίας καὶ Φρυγίας. id eſt: *Mutianus veritus ſe mari committere hieme tam adulta, terra deduxit exercitum per Cappadociam & Phrygiam.* quomodo eſſe potuerit χειμῶνος ἀκμὴ *adulta hyems*, cum extra controverſiam ſit, bellum menſe Iulio eſſe inchoatum, aut ſaltem initio Auguſti, imaginatione non aſſequor.

Num omiſſa Mœſia] oſtendit Hiſtoriæ ordo iter inſtituiſſe per Mœſiam. Sed de ejus ex Syria profectione, donec tertius eum liber in Dacico prælio pugnantem ſiſtat, altum in Tacito ſilentium; velut & de illis, quæ poſt evenêre, donec Romam intraret in quarto libro. omnia hæc, ſi non lævum mihi judi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

judicium eſt, rem in juſta hiſtoria promovent, & ſolidè lectoris attentionem paſcunt.

Aquilejam jam progreſſa] *Suet. Veſp. cap.* 6. ſcribit non tres legiones, ſed duo milla ex tribus legionibus Aquilejam progreſſa; ſed indubio errore ſeductus.

Falſi damnatus] Tacit. 14. Annal.

Illyrici exercitus ſtudio in partes] Vir doctus hanc narrationem, & quæ porrò Vitellium inter & Veſpaſianum geſta complectitur, haud uno crimine damnat, non conſtare ſcilic. ſuis membris, non pertractatam exactè, ſed adſperſas confuſionis nebulas, me prorſus refragante, &, ſi non hebet mihi judicii acies, patrocinante. Illyricum dividebatur in tres Provincias; Mœſiam, cui datus hoc tempore præſes aut legatus Aponius Saturninus; Pannoniam, cui T. Ampius Flavianus præerat; & Dalmatiam, quam Poppæus Sylvanus, aut Poppæjus Sullanus (nam utriuſque nominis diſpar occurrit ſcriptura) regebat. In Mœſia tres erant legiones, tertia Gallica, Octava Auguſta, & ſeptima Claudiana cum totidem *legatis legionum*; Dillio Aponiano tertiæ, *hiſtor.* 3. Numiſio Lupo octavæ, hiſt. 3.

& Tertio Iuliano ſeptimæ legionis legato; atque ille, cum ſuo munere ſponte abiret, ut docet hic locus, ſucceſſorem habuit VipſaniumMeſſallam. 3. *hiſt.* In Pannonia quoque tunc erant duæ legiones, ſeptima Galbiana; cui legatus Antonius Primus; & tertia decima Gemina, ab exſtructis amphitheatris ex Italia remiſſa, cui legatus hoc bello Vidius Aquila, qui ultimo quoque bello legatum egerat. 3. *hiſt. &* 2. In Dalmatia unica duntaxat legio erat, undecima nempe Claudiana (decimâ quartâ in Britanniam traductâ) & legatus ejus Annius Baſſus. 3. *hiſt.* Revocatis ad examen quæ præmiſimus, & in Tacito deſcripta extant, non video quid requiri poſſit ad hujus narrationis perfectionem, quæ optima mihi videtur, & præferenda aliis in hoc libro. Atque ita in genere in tota Taciti hiſtoria ex rebus memoratu dignis illas inter Vitellium & Veſpaſianum judico minus notæ cenſoriæ mereri, utpote paucioribus vitiis laborantes, illaſque inter Othonem & Vitellium in varias patere reprehenſiones, &, præ cæteris peſſimè habitas. quoad tempus Illyricæ à Vitellio defectionis, ut temporum notandorum ubi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

que incurioſus maxime Tacitus, ita Suetonius Vitellio cap. 15. faculam allucet, *octavo Imperii menſe deſciverunt ab eo exercitus Mœſiarum atque Pannoniæ*; ut in Auguſti principium aut Iulii finem incidiſſe videatur.

Vrbem ingrederetur] Suetonius diſertè narrat ſic feciſſe cap. 11: *Vrbem ad claſſicum introiit paludatus ferroque ſuccinctus inter ſigna atque vexilla, ſagulatis comitibus, ac detectis commilitonum armis.* videtur hic mos fuiſſe introëundi urbem armis victam. *Ioſephus* ἁλώσ. 4. cap. 35. hujus quoque ingreſſus meminit.

Sexaginta millia armatorum] Valens ex Germania collegerat quadraginta millia armatorum, præter legionem Italicam & octo cohortes Batavorum &c. Cæcina triginta millia, præter alam Syllanam &c. *Vitellius tota mole belli ſecuturus*, ait Tacitus 1. hiſt. & hoc libro, *reliquas germanici exercitus vires trahebat*, præter octo millia è *Britannico delectu*. Ex multitudine in hunc numerum collectâ, nihil in Tacito occurrit quod perſuadeat, quidquam dimiſſum, præter cohortes Batavorum, & tamen ſexaginta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

tantum armatorum millia hîc numerantur.

Gladiatoria ſagina] gladiatores & Athletæ apud veteres delicatè habebantur, & quodammodo ſaginati. Atque eò digitum velut intendit uſitata phraſis, Athleticus habitus & gladiatoria ſagina. Cic. *cum gladiatoria totius corporis firmitate.* Cyprianus, *Impletur in ſuccum cibis fortioribus corpus, & arvina aſſidui nidoris moles membrorum robuſta pingueſcit, ut ſaginatus in pœnam cariùs pereat.*

Quatuor legionum vexilla] octo legiones, quæ hic & alibi velut in partibus Vitellianis notantur, fuerunt Italica & ſeptem legiones è Germania, nulla licet integra, niſi ſola Rapax. Cæteræ omnes imminutæ, relictâ militum parte, quibus tamen diviſis nomen utrinque priſcum, & velut ſuo toti, manet.

Inferias Neroni] Suet. cap. 11. *Et ne cui dubium foret quod exemplar regendæ Reip. eligeret, medio campo Martio, adhibita publicorum ſacerdotum frequentia, inferias Neroni dedit.*

Aſiaticus Vitellius] lege Sueton. Vitellio. c. 12.

Novies millies ſeſtertiûm] id eſt, ex regu-

regulis, quas præſtruximus, ſeptem milliones, ſemel & tricies mille, ducentas & quinquaginta libras ſterlingas.

Marcellus] Eprius Marcellus, oratoria laude celebris, Neronianæ in Thraſeam & alios crudelitatis inſtrumentum, & omnibus ſub quibus vixiſſet, Principibus carus, utpote qui ipſorum actionibus lenocinium faciebat. Vide Tacit. 2. & 4. hiſt. &c.

Funeſti ominis loco] Livius lib. 6. *Tum de diebus religioſis agitari cœptum, diemque A. D. 15. Kal. Sextiles duplici clade inſignem, quo die ad Cremeram Fabii cæſi, quo deinde ad Alliam cum exitio urbis fœde pugnatum, à poſteriore clade Allienſem appellârunt, inſignemque nulli rei publicè privatimque agendæ fecerunt.* Dio lib. 9. de clade Cremerenſi τὴν δὲ ἡμέραν ἐκείνην, ἐν ᾗ τὸ πάθος ἐγένετο, μέλαιναν τε καὶ ἀποφράδα τίθεται (ἡ τῶν Ῥωμαίων πόλις) καὶ οὐδενὸς ἂν ἔργου ἐν ταύτῃ χρηστοῦ ἄρξαιτο, τὴν τότε συμβᾶσαν αὐτῇ τύχην ὀπιζομένη. id eſt: *diem, in quem incidit iſta clades, populus Romanus infelicem & nefaſtū dixit, neq; quidquam rei ſeriæ illo die inceptari voluerunt, ob eam, quæ tum Romanæ Reip. evenerat, calamitatem.*

Comitia Conſulum cum candidatis civiliter celebrans] quid per *Comitia Conſulum*, hoc loco intelligatur, cum in nullam Reip. partem admitteretur populi ſuffragium, aut non capio, aut *Comitiæ Conſulum civiliter celebrare* tantundem valet ac *munera à candidatis Conſulatus edita* (ſive ipſi ſive alii ederent) *civiliter celebrare*. Libera Rep. candidati captandis populi ſtudiis *dabant gladiatores*, donec prohiberetur, lata in id à Tullio lege, & crimen ambitus haberetur. Cicero in Vatinium: *Ego legem de ambitu ex S. C. tuli, quæ dilucidè vetat biennio quo quis petat petiturusve ſit, gladiatores dare niſi ex teſtamento.* Vbi verò iis quæ petere inſtitiſſent, potirentur, non licitum modò fuit, ſed aliquo modo in omnibus muneribus neceſſarium populo ludos edere, excogitatis quæcunque in oblectationem publicam valerent. Eximio igitur & ſumptuoſo apparatu omnia inſtruebantur, quoties res poſceret. Sub Imperatoribus, populo licet excluſo à conferendis honoribus, tamen & *Candidati* & *deſignati* & qui jam dignitate fungebantur, conſuetas *gladiatorum*, *Circenſium*, &c. voluptates ei exhibuerunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

runt, ſolô popularis gratiæ aucupiô. Tempore Alexandri Mammeæ, *Quæſtores candidati munera populo dederunt.* Sub Nerone, *Quæſtoribus deſignatis gladiatores edendi neceſſitas erat,* inquit Tacitus. *Conſul deſignatus eſt & munus edidit.* Marcell. Iureconſul. l. 36. Intereſſe autem ſpectaculis in Principe arguebat animum popularem. Xiphilin. de Oth. εἰς τὰ θέατρα συνεχῶς εἰσεφοίτα θωπεύων τὸ πλῆθος. id eſt: *frequens in theatris deſidebat ut captaret populi favorem.* Suet. de Auguſt. c. 15. *Ipſe circenſes ſpectabat; ſpectaculo plurimas horas, aliquando totos dies aderat.* Tacit. 1. Annal. de eodem. *Civile rebatur miſceri voluptatibus vulgi.* Sic raro ibidem conſpici, arrogantis erat, tetricique & popularitatem fugientis animi. Cujus rei ſeipſum damnat Iulianus in Miſopogone ἀεὶ μισῶ τοὺς ἱπποδρομέας, ὥσπερ οἱ χρήματα ὀφληκότες τὰς ἀγορὰς, ὀλιγάκις οὖν εἰς αὐτοὺς φοιτῶ, id eſt: *Fugio circenſes, ut, qui in ære alieno ſunt, publicos conventus, raro itaque interſum,* aut ſi intraveris, mens peregrinatur, aut *aliud agis*, ut Cæſar, *qui vulgo reprehenſus eſt*, narrante Suetonio, *quod inter ſpectandum epiſto-*

epiſtolis libelliſque legendis ac reſcribendis vacaret. Sed Vitellius non adfuiſſe tantùm videtur ſpectaculis frequens, quæ *candidati Conſulatus* aut *deſignati* edebant, ſed & ſuas egiſſe partes, Ex. gr. *Myrmyllonum contra Thraces in Theatro*, aut *Venetorum contra Praſinos in Circo*, & ſic *omnem infimæ plebis rumorem affectâſſe*; ingens hoc tempore argumentum ad popularitatis famam. Suet. Tito cap. 8. *Quin & ſtudium armaturæ Thracum (ne quid popularitatis prætermitteret) præ ſe ferens, ſæpe cum populo & voce & geſtu, ut fautor, cavillatus eſt Titus, verum Majeſtate ſalva.*

P. Sabinus] non frater Veſpaſiani, ut viri docti, repugnantę hiſtoriâ, ſcribunt. Ille Sabinus in carcerem conjectus erat *ob amicitiam Cæcinæ*, 3. hiſt. Veſpaſiani frater erat *præfectus urbis*, & libertate fruebatur, donec in Capitolio obſideretur & caperetur.

Iura libertorum] Libertus alere patronum tenebatur. Si quæcunque illum bonis fortuna evolviſſet; poſt mortem quoque jubent priſcæ conſtitutiones facere ex ſemiſſe hæredem. Si fraus interveniſſet, patrono lex dabat *omnium bonorum*

norum poſſeſſionem etiam contra tabulas. Atque hæc duo, præter alia obſequia (lex vocat *operas*,) præcipuè conſtituebant *libertorum jus*, ut docet 38. lib. Digeſt. Vitellius autem ut *reverſis ab exilio jura libertorum conceſſit* ex beneficio, ita conſecutis temporibus, in qua veniſſe videntur ex jure communi. Vlpianus Digeſt. 38. tit. *de bonis libertorum* l.3. *ſi deportatus patronus reſtitutus ſit, libertus contra tabulas bonorum poſſeſſionem accipere poteſt.* rurſus eodem tit. l. 4. Paullus. *Si deportatus Patronus ſit, filio ejus competit bonorum poſſeſſio in bonis liberti, nec impedimento eſt ei talis patronus, qui demortui loco habetur.*

Faces Auguſtales] Tacit. 1. Annal. *Idem annus novas ceremonias accepit, addito ſodalium Auguſtalium ſacerdotio, ut quondam Titus Tatius retinendis Sabinorum ſacris ſodales Titios inſtituerat. Sorte ducti è primoribus civitatis unus & viginti. Tiberius, Druſuſque & Claudius & Germanicus adiiciuntur.* Vbi videmus à Tacito illud tribui Tatio, quod hic Romulo adſcribit.

Integrum illic ac favorabilem con-

ſula-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſulatum egerat] *In adminiſtranda Provincia* (Africa) *ſingularem innocentiam præſtitit* (Vitellius) ait Suetonius Vitellio cap. 5. Tacito ſuffragatus; ſed in Veſpaſiano penitus contrarium ſentit. Tacitus hic ſcribit, *famoſum inviſumque proconſulatum in Africa Veſpaſianus egerat*. Suetonius in Veſpaſiano c.4. *Exin ſortitus Africam* (Veſpaſianus) *integerrimè nec ſine magna dignatione adminiſtravit.*

Eteſiæ] Eteſiæ ex ſententia Ariſtotelis 2. Meteor.& Theophraſti de ventis, Βορέαι [k] εἰσὶ καθ' ἔτος πνέοντες μετὰ τὰς θερινὰς τροπὰς καὶ κυνὸς ἐπιτολήν. id eſt: *Boreales ſunt venti qui ſpirant poſt hibernum ſolſtitium, & ortum Caniculæ.* κυνὸς ἐπιτολὴ, ſi Plinium ſequimur, tum incidit in decimum octavum Iulii , & *poſt biduum exortus* , ait idem Plinius, *eteſiæ diebus quadraginta perflant, nec ulli ventorum magis ſtati ſunt* ; ut Eteſiæ ſpirare inciperent ordinariè à vigeſimo Iulii , atque exſpirarent in fine Auguſti. Solſtitium autem æſtivum cum viginti quinque dies antecedat κυνὸς ἐπιτολὴν [l] , ut ſtatuit Olympiodorus in 2. Me-

[k] Olympiodorus videtur ſic legiſſe hunc Ariſtotelis locum : Βορέαι καθ' ἔτος πνέοντες μετὰ τὰς θερινὰς τροπὰς περὶ τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν μεθ' εἴκοσιν ἡμέρας.

[l] Varro lib.1. de Re Ruſtica cap.28.numerat dies 29. deceptus, ut videtur erroneâ ſupputatione.

2. Meteor., vigeſimo quarto Iunii die tum exoriri debuit ex juſto calculo. A quo die cum enormis eſſet anni Iuliani longitudo, noſtro tempore anticipatum eſt undecim aut duodecim diebus, retractumque in Iunii duodecimum aut decimum tertium. Iam vero Eteſiarum flatus adeuntibus Ægyptum & Orientem [m] ſecundos eſſe, redeuntibus adverſos, præter regionis ſitum, argumento etiam fuerit, quod Thales & Philoſophorum alii affirmant (ut narrat Dio. Biblioth. lib. 1.) Nilum incrementi ſui cauſam habere ex Eteſiarum flatu, οἱ ἀντιπνέοντες ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ ποταμοῦ κωλύουσιν εἰς θάλασσαν προχεῖσθαι τὸ ῥεῦμα. id eſt: *qui cum fluvii oſtiis contrarii ſpirent, aquas in mare exonerari prohibent.*

[m] Sic enim author libri de mundo ad Alexandrum, Eteſias ſcribit participare Zephyro: μίξιν ἔχοντες τῶν τε ἀπὸ τῆς ἄρκτου φερομένων καὶ ζεφύρων. *Lucanus* lib. 10. Eteſias deſcribens diſertè zephyros vocat.

Flavius Sabinus] Veſpaſiani frater & præfectus urbis.

Quartædecimæ] Lege quintædecimæ, quæ una ex quatuor inferioris Germaniæ legionibus. quartadecima enim, hoſtili in Vitellianas partes animo, in Britanniam miſſa erat.

> —— *Zephyros quoque vana vetuſtas*
> *His adſcripſit aquis, quorum ſtata tempora flatus,*
> *Continuique dies, & in aëre longa poteſtas.*

HEN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

HENRICI SAVILII

NOTÆ

IN LIBRVM TERTIVM

Hiſtoriarum C.Taciti.

OBſtrui Pannoniæ Alpes] Videntur antea fuiſſe interclusæ lib. 2. *deinde Pannoniæ Alpes præſidiis inſeſſæ nuntios retinebant*: Sed fortaſſe eouſque tantum ut tranſeuntibus illac nuntiis non pateret iter.

Antonius Primus] Septimæ legionis legatus, quæ Galbiana dicta eſt.

Expeditæ cohortes] id eſt abſque impedimentis.

Ampius Flavianus] Pannoniæ Legatus.

Ac ne inermes Provinciæ] quicquid in Latinis exemplaribus incipit, ab his verbis, *ac ne inermes provinciæ*, &c. uſque ad illa, *ſi placeret Galbæ Principatus*, incluſive præponatur illis, *quæſitum inde quæ ſedes bello legeretur*, &c. ſic cohærent illa *ut innocuum exercitum Mœſicum celebrare* cum hiſce, *& præſumpſe-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſumpſere partes. Confuſio primo vide-
tur nata, quod linearum & litterarum
inter *quæſitum inde* & *Mæſicum cele-
brare* ferè par ſit numerus cum illis in-
ter *ac ne inermes* & *Galbæ Principatus*
ex tranſpoſitione paginæ in exempla-
ri, unde in ea quæ habemus exempla,
ransfuſum vitium.

Cum Vedio Aquila Legato] & Tito
Ampio Flaviano Pannoniæ Legato.

Præſumpsêre partes] προήρπαζον.

Antonio rapienti Vexillarios] Le-
giones, earumque centuriones, iter, &
quicquid circumſtantiarum limatior cu-
a depoſcat, hoc bello perſpicuè & ple-
ne author noſter pertractavit, longè
melius quàm ultimo inter Vitellium &
Othonem, aut ſecuto, inter Civilem &
Romanos in Germania. Hic Antonius,
Legatus ſeptimæ Galbianæ, primus in
iam ſe dedit, extremo Auguſto, aut ini-
io Septembris, ſecum trahens vexilla-
ios è cohortibus, & partem equitum;
non modicas procul dubio vires, inte-
gram licet non explerent legionem.
Profectus cum illo Arrius Varus, ſolâ
um Primipili autoritate, ſed ignoro
ujus legionis. lib. autem 4. Tertia le-
gio vocatur *familiaris Arrio varo mi-
les.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

les. Poſtea, ut hiſtoriarum quarto docemur, & prætoriano militi præfuit, obtinuitque *prætoria inſignia*, & per Mutianum dejectus loco ſuo, evaſit *præfectus annonæ*. Patavii aut inde non procul duæ legiones è Pannonia Antonium aſſecutæ, nimirum *Septima Galbiana*, cui Legatus Antonius ipſe, & *Tertia decima Gemina* cum Vedio Aquila, ejus legato, Titus quoque Ampius Flavianus Legatus, ut ex conjecturis aſſerere licet, ſimul eò devenit; mox enim in ſeditione ad Veronam legitur. Aponius Saturninus Mœſiæ præſes cum *ſeptima Claudiana*, Vipſano Meſſalla Legato, Veronæ eum aſſequitur. Et paullò poſt, Veronæ aut prope eam duæ aliæ legiones ex Mœſia, *Tertia Gallica* cum Dillio Aponiano, & *octava Auguſta* cum Numiſio Lupo. Atque hoc partium Flavianarum robur in prælio ad Cremonam fuit, exceptis quibuſdam veteranis prætorianorum cohortibus, quæ & illic & alibi memorantur; ſed quando & ubi in iſtas partes conceſſerint, nuſquam diſertè, ut equidem decuit, recenſetur. Vitellio ſub ſignis fuerunt in campis Cremonenſibus duæ integræ legiones, *una & viceſima Rapax*,

æ, Cœcina ducente ex Germania, & *lica* à Valente Lugduno excita,& ſex gionum non integrarum vires ex ermania; nimirum *Quarta & octa-a decima* alias *duo & viceſima* ex ermania ſuperiori; *prima, quinta, uintadecima & ſexta decima* ex in-iori Germania; earum ſex 2. hiſt. *n* minantur. Antequam manus conſe-rent iſtæ octo, ſpeciatim additoque omine exprimuntur. Præter octo le-ones, militabant iſtis partibus *Vexil-rii* ex tribus legionibus Britannicis, *unda Auguſta, nona & viceſima Vi-ice*, pars ex octo millibus armato-m, quos Vitellius è Germania duxe-*è Britannico delectu*. Tacit. 2. & 3. t. atque hi milites parebant Cæcinæ. ſt pugnam Cremonenſem *victa le-nes per Illyricum diſperſæ*, Tac. 3. hiſt. uinque legiones victrices, auctæ *un-cima Claudiana*, & ſex inſuper mil-ex Dalmatia duce Poppæo Sylvano, us regionis legato,& Annius Baſſus, ionis undecimæ Legatus, Veronæ nſtiterant. Antonius, cum auxiliariis *lectis è legionibus* pergebant ad fa-m fortunæ. *Tacit.* 3. *hiſt.* ad fanum rrò cum veniſſent Verona omnes

n Niſi quod pro quinta-decima legitur quar-tadeci-ma vitio exem-plaris, quæ le-gio ante integra in Britan-niam miſ-ſa erat.

ac-

accerſſi jubent copias, quæ iſtos aſſe-cutæ ad Carſulas. Poſt cladem Cremo-nenſem Vitellius miſit Fabio Valent tres prætorianas cohortes cum ala Bri tannica, captas à Cornelio Fuſco ad Ariminum; deinde utrumque præfe-ctum militi prætoriano cum ejus qua tuordecim ° cohortibus, quibuſdam e-quitum alis, & legione è *Claſſicis*, ali quam erat adjutrix Claſſica(quæ tum in Hiſpaniâ) & fortè recens conſcripta Atque hæ fuerunt vires utriuſque exer-citus, quæ huic prælio interfuerunt.

° Et tres antea captas ad Ariminum. ergo XVII. præter alias, quæ fortaſſis cum Vitellio Romæ manſerant; & tamen ordinarius tum earum numerus, aut omnes, & Vitellii tempore, cum maximè creviſſent. XVI. non exceſſit. Tacit. 2. hiſt.

Vallum militare] opponitur *vall rustico* aut *foſſa agreſti*.

Proditorem Othonis] Hæc particu-laria non deſcribuntur, me judice, ut in præcedentibus narrari debuerunt; cum hic relatu digna cenſuerit.

Senſit ludibrium] Sic incolumem ſervavit *Vitellius Iulium Burdonem* 1. hiſt. & *Otho Celſum*.

Converſus ad ſigna & bellorum deos] id eſt, *ad ſigna*, quæ Romanis militibus Deorum inſtar.

Profectus eadem nocte Flavianus] bene haberet, ſi Tacitus nobis ſatisfe-ciſſet recitatô literarum iſtarum argu-mentô, quæ adeò exinopinò obvene-

runt,

runt, ὥσπερ ἐκ μηχανῆς *velut ex machina*; tanquam Veſpaſianus in Iudæa duobus menſibus ante prævidiſſet, amicum ſuum Flavianum fore ſuſpectum militibus, & malè ab iis accipiendum Veronæ, ideoque hanc exarâſſet epiſtolam in ipſius gratiam. Sed ubi in illas literas tam feliciter inciderit aut ſaltem, quò ipſe tenderet, neſcire nos voluit autor. Sanè quocunque tandem modo id contigerit, militum ſemel indignationi ſubductus, extra omnis periculi (ut conjicio) metum verſabatur, ſaltem iſtius, quo per Veſpaſiani literas liberandus fuit.

Primores Centurionum] hanc Cæcinæ rebellionem Ioſephus nobis eodem modo deſcribit lib. 4. cap. 41.

Primanos] *Primam adjutricem*, quæ in Hiſpaniam, & *quartam decimam*, quæ in Britanniam miſſa.

Exuli Antonio] *Tempore Neronis*, inquit Tacitus, *falſi damnatus*, & fortaſſis in exilium pulſus.

Relictis caſtris] *inter Hoſtiliam & paludes Tartari fluminis.*

Baſſus profectus] Cur munus ſuum non retinuit ? quibus mandatis inſtructus, quamvis *honorata* eſſet *cuſtodia*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

apud eos, quos extulerat Veſpaſiani favor? quomodo miſſus ad Adriam? Cur ſtrictius in carcere habitus, ſi Mennius Veſpaſiani cauſam amplectebatur? Si hoſtem profitebatur, cur jubente Hormo, Veſpaſiani amico, dimiſſus eſt? quid porrò actum de illo? quando, cujus mandato, & cur Mennius Rufinus loci iſtius præſidium egit? hæ quidem circumſtantiarum minutiæ ſunt, ſed quæ aut omnes, aut potior earum pars, huic loco intexenda, ſi penitiori cognitione imbuendus foret lector.

Civili præda imbueretur] id eſt ſpoliis augeſcentibus ex belli civilis occaſione.

Quinta fermè hora diei] id eſt ut nos horas numeramus, undecima aut circiter.

Arctiore illic via] & tamen paulò ante dixit *anguſtiis viarum conflictabantur.*

Baliſta] inquit Vegetius l.4.c.22. *funibus nervinis chordiſq; tenditur, quæ quanto prolixiora brachiola habuerit, tanto ſpicula longius emittit, & ſi juxta artem mechanicam temperetur, & ab exercitatis hominibus, qui menſuram ejus ante collegerint, dirigatur,* pene-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

penetrat quodcunque percuſſerit. Ictus baliſtæ magnam valli partem in caſtris ad Cremonam dejecit.

Falces] Veget. lib. 4. cap. 14. *falx, trabs adunco præfixa ferro, ut de muro extrahat lapides,* ſed fortaſſis hoc loco falx tantum vulgaris intelligitur.

Templum Mephitis]Dea tetri odoris.

Tiberio Sempronio] A. V. C. 536. & primo anno belli Punici ſecundi.

Luna ſurgens] idem ex pari cauſa effectus in nocturno prælio Pompeium inter & Mithridatem, apud Plutarchum & Dionem. Sed epitome Dionis variat nonnihil Taciti deſcriptionem. τὴν δὲ ταραχὴν ἐπηύξησεν ἡ σελήνη τῆς νυκτὸς ἐκλιποῦσα, οὐχ ὅτι καὶ ἐσκιάσθη (καίτοι τοῖς θορυβουμένοις καὶ τὰ τοιαῦτα φόβον φέρει) ἀλλ' ὅτι καὶ αἱματώδης καὶ μέλαινα, ἄλλα τε τινὰ χρώματα φοβερὰ ἀφιεῖσα, ὤφθη. id eſt : *Luna eclipſin paſſa augebat terrorem, non tam quod obſcuraretur (quanquam & hoc territis incutiat metum) ſed quod ſanguinea, nigra aliiſque horrendis coloribus ſuffuſa appareret.*

Sub Marco Antonio] lapſis jam ſupra centum tribus aut quatuor annis ; ut cum rerum natura pugnet, hic nunc

quemquam militare qui iſto tempore, tot annorum ſpatiis diviſo vixerit. Sed eodem modo id de legione intelligendum, ut Iureconſultus de nave dicit, quæ per partes refecta toties, ut decurſu temporis nihil ex prima remanſerit, eandem tamen intelligitur navis. Quanquam philoſophi, narrante Plutarcho, adhuc certent & ſub judice lis ſit, τῶν μὲν ὡς τὸ αὐτὸ τῶν δὲ ὡς οὐ τὸ αὐτὸ, διαμφέρει λεγόντων. id eſt: *aliis eandem eſſe affirmantibus, aliis negantibus. Theſeo.*

Teſtudo] modum, & cui uſui, optimè deſcribit Livius lib. 44. his verbis, *Quadrato agmine facto ſcutis ſuper capita denſatis ſtantibus primis, ſecundis ſummiſſioribus, tertiis magis & quartis, poſtremis etiam genu nixis faſtigiatam, ſicut tecta etiam ædificiorum ſunt, teſtudinem faciebant, ut alii armati ſuperſtantes propugnatoribus muri faſtigio altitudinis æquarentur. Soli tamen in fronte extrema & ex lateribus non habebant ſuper capita elata ſcuta, ne nudarent corpora, ſed prætenta pugnantium more: ita nec ipſos tela ex muro miſſa ſubeuntes læſerunt, & teſtudini injecta imbris in modum lubrico faſtigio innoxia ad imum labebantur.*

Plu-

Plutarchus Antonio, οἱ θυρεαφόροι καθέντες εἰς γόνυ προβάλλονται τοὺς θυρεούς. οἱ δὲ ὄπισθεν ὑπερέχον αὐτῶν τὰ ὅπλα, κἀκείνων ὁμοίως ἕτεροι. τὸ δὲ σχῆμα παραπλήσιον ἐρέψει γινόμενον ὄψιν τε θεατρικὴν παρέχει, καὶ τῶν προβλημάτων στεγανώτατόν ἐστι πρὸς τοὺς οἰστοὺς ἀπολισθαίνοντας. id eſt: *Scutati genu nixi ſupra capita ſua ſcuta prætendebant, proximique eos ſuis protegebant & ſic porrò. Forma hæc quàm ſimillima eſt tecto domus, aliquo etiam modo theatrum refert, & tutiſſimum eſt adverſus injecta tela munimentum.* Quoties autem teſtudo armatos in æquum cum propugnatoribus muri faſtigium non attollebat, duplicabatur, ut opinor, alterâ alteri ſuperſtructâ. Tacitus verbis ſequentibus, *ſuper iteratam teſtudinem ſcandentes*; licet alium quoque ſenſum admittentibus. Robur teſtudinis ſic compactæ oſtendit Arrianus ἀναβάσ. 1. Cum Alexander adſcenſum moliretur in montis Hæmi jugum, hoſtibus inſeſſum, qui in ſuccedentem faſtigio exercitum plauſtra devolvebant, juſſit ut ſi, laxatis ordinibus, viam impulſis dare non poſſent, ξυνδύσαντας καὶ πεσόντας εἰς ἀκριβὲς τὰς ἀσπίδας, ὅπως, κατ' αὐτῶν φερομένας τὰς ἁμάξας, καὶ τῇ

ῥύμῃ κατὰ τὸ εἰκὸς ὑπερπηδώσας ἀβλαβῶς ἐπελθεῖν. καὶ οὕτω ξυνέβη ὅπως περ ἤκασέ τε Ἀλέξανδρος καὶ εἴκασε. id eſt: *ut in terram prolapſi & corpora ſcutis tecta habentes dejecta plauſtra exciperent, impetu tum fracto innoxiè caſura. Neque fefellit Alexandrum ſua conjectura.*

Proditoris opem implorantes] Xiphilinus videtur velle, cum prætentis velamentis & infulis veniam non impetrarent, liberâſſe Cœcinam, & Conſulari habitu amictum miſiſſe ἀνθ' ἱκετηρίας; καὶ ἔτυχον τῶν σπονδῶν. id eſt: *ut ipſorum nomine ſupplex iret; & ſic veniam conſecuti ſunt*; Ioſephus autem 4. ἁλωσ. cap.41. ab Antonio urbem ingreſſo liberatum Cœcinam ſcribit. Apud Tacitum non videtur ad Antonium profectus, niſi facta prius militum deditione.

Hic exitus Cremonam habuit] In hoc prælio ſcribit Ioſephus ἁλωσ. 4. c. 41. ex Vitellianis triginta millia armatorum ducentoſque cecidiſſe: Antonium quatuor millium & quingentorum clade pugnâſſe. Xiphilinus narrat Cremonæ, cum iis qui in acie cæſi, quinquaginta hominum millia periiſſe. Volvebatur Octobris finis, quo circiter tempo-

tempore, ut ex Tacito colligimus, nuncius de rebellante Cæcina advenerat.

A L. Vitellio] Amplificando Vitellii benignitatem erga hominem, æque ac Cæcina indignum, ægrè ſibi eſſe teſtantur tantum viri propudium præferri, & tamen Vitellii vicem deplorare videntur.

Caninius Rebilus] de quo illud Ciceronis ſalsè dictum exſtat, *quam vigilantem habemus Conſulem, qui toto Conſulatus ſui tempore ſomnum oculis non vidit*!

Iunios Antonioſque avos jactantem] Ex utroque hoc nomine cauſam habuerunt ſtirpis ſuæ originem ab Octavia repetendi, Auguſti ſorore, ut perſpecta Genealogiæ ſeries probat.

Tres cohortes] fortaſſis Prætorianorum; & præter illas tamen quatuordecim Prætorianas cohortes comperimus, quæ ſexdecim tantum fuerunt universæ. 2. *hiſt*.

Valerius Paullinus procurator] fortaſſis Galliæ Narbonenſis.

Exauctorati] ſed ut ſolum intelligas, (quantum mihi iſta dijudicanti conſtat) veteranos Othonis prætorianos. Alios à Vitellio ſacramento ſolu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

tos non invenio ; moxque diſertè Prætorianorum meminit.

Miſſis ad Vitellium literis] fieri poteſt , ut Valens primam amplexus fuerit opinionem, quæ erat *accitis ex urbe cohortibus valida manu perrumpere*, ſed Vitellius in culpâ , qui plures non ſubmiſit.

Apud avidos periculorum] Sic noſtra legunt exemplaria ; mentem loci non penetro. quæ annectitur narratio , aliquantum imperfecta mihi videtur. Cur enim Valens miſſas Ariminum copias potius hoſtibus objecit , quàm Vitellio remiſit,ſi non decreverat ſubſequi? Quo animo Vmbriam & Etruriam adierit, quid egiſſet ſi Cremonenſis prælii factus non fuiſſet certior? niſi fortè quod antea abnuerat , ſecretâ viâ progredi voluerit Hoſtiliam & Cremonam verſus. Iſtas circumſtantias exigebat tractatus accuratior.

Venuſius] *jugantum civitate*. 12. Annal.

Capto per dolum] 12. Annal.

Mox memorabimus] lib. 4.

Regnum in formam Provinciæ]tempore Neronis.

Quas cameras vocant] ἀκάτια πλοῖα

λεπτὰ

λεπτὰ, στενὰ καὶ κοῦφα, ὅσον ἀνθρώπους πέντε καὶ εἴκοσι δεχόμενα. σπάνιον δὲ τριάκοντα δέξασθαι τοὺς πάντας δυνάμενα. Καλοῦσι δὲ αὐτὰ οἱ ἕλληνες καμάρας. Strabo lib. 11. id eſt: *navigia oblonga anguſta & levia, quorum alia viginti circiter homines caperent, rarò aut ad ſummum 30. Græci vocant* καμάρας.

Quin & barbari] Alii præter eos, ut arbitror, qui ſe Aniceto ſociaverant; Achæi nempe, Heniochi, & Cercæi, alteram Ponti Euxini oram incolentes, atque, ut refert Strabo lib. 11. rapto viventes, quales hic deſcribuntur.

Clavarium] donativum ad emendos ſibi *caligares clavos*; ut *calcearium* in Sueton. Veſpaſiano cap. 8. ad emendos calceos.

Notabili conſtantia] Sueton. Othone c. 10. Xiphil. & poſt eum Zonaras, Othoni id tribuit in priori bello, circumſtantiis modicè diſcrepantibus.

In multos annos] Suetonius Vitellio c. 11. *Comitia in decem annos ordinavit, ſeque perpetuum Conſulem.*

Dum diſpergit vires] quibuſdam ſecum Romam aſſumptis; ſed inprimis quod ab exercitu cum fratre dimitteret, ut paulò poſt apparet, ſex cohor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

tes, & quingentos equites in Campaniam.

Cæſarem dici voluit] Suetonius Vitellio c.8. nonnihil variat dicendi modum, *Cognomen Germanici delatum ab univerſis cupidè recepit, Auguſti diſtulit, Cæſaris in perpetuum recuſavit.*

Fœdera ſociis, Latium externis] id eſt, fœdera cum *ſociis* renovata, privilegia aucta; *Externis* illud privilegii indultum, ut quiſquis per anni ſpatium defunctus eſſet dignitate, evaderent hoc modo *cives Romani*; præcipuum enim hoc caput erat in *jure Latii.* Appianus 2. Ἐμφυλ. πόλιν δὲ Νεόκωμον ὁ Καῖσαρ εἰς Λατίου δίκαιον ἐπὶ τῶν Ἄλπεων ᾤκισε, καὶ ὅσοι κατ᾽ ἔτος ἦρχον, ἐγίγνοντο ῥωμαίων πολῖται. τοῦδε γὰρ ἰσχύει τὸ Λάτιον. id eſt: *Cæſar Coloniam Novum Comum in Alpibus conditam donaverat jure Latii, ut quiſquis per annum ibi geſſiſſet honores, civis fieret Romanus. tanti valuit jus Latii.*

Dirum omen] ſi in ſacrificiis victima fugiſſet, malum id Romanis omen erat. Titus paullò ante mortem *Sabinos petit*, ait Suetonius cap. 10. *aliquantò triſtior, quod ſacrificanti hoſtia aufugerat.* Idem Iulio cap. 59. *Cum immolanti*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

lanti aufugiſſet hoſtia, tamen profectionem non diſtulit. Et Galba. cap. 18. *Taurus ſecuris ictu conſternatus rupto vinculo eſſedum ejus invaſit.* Feſtus: *Piacularia vocabant, quod ſacrificantibus triſtia portendebant: cum aut hoſtia ab ara profugiſſet, aut percuſſa mugitum dediſſet, aut in aliam partem corporis quàm oporteret decidiſſet.* Plin. l.8. c.45. *Notatum eſt vitulos ad aras humeris hominum allatos non litare, ſicut nec claudicante, nec aliena hoſtiâ deos placari, nec trahente ſe ab aris.*

Verba voceſq; duos teſtes habebant] *Salutem ſibi, & millies H.-S. à Flavio Sabino Veſpaſiani fratre pepigit*, ſcribit Suet. Vitell. c.15. id eſt: 781250 lib.

Feſſa ætate parens] Sueton. Vitell. cap.14. *Suſpectus & in mortem matris fuit, quaſi ægræ præberi cibum prohibuiſſet, vaticinante Cattâ muliere, cui velut oraculo acquieſcebat, ita demum firmiter ac diutiſſime imperaturum ſi ſuperſtes parenti extitiſſet. Alii tradunt ipſam, tœdio præſentium & imminentium metu, venenum à filio impetrâſſe haud ſane difficulter.*

Romanum Principem] Suetonius Vitellio c.15. paulò aliter.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Arcem Capitolii inſedit] Ioſeph. ἁλωσ. lib. 4. c. 42.

Aquilæ ſuſtinentes faſtigium] aut potius *ſuſtinentes faſtigium aquilæ*. Fortaſſis ſic vocatæ, quod in aquilæ ſimilitudinem effigiarentur.

Sedem Iovis Optimi Maximi] fundatio ejus, ſi audimus Dionyſ. lib. 3. & 4. erat τοῦτε Διὸς, καὶ τῆς ἥρας καὶ τῆς Ἀθηνᾶς νεώς.

Bello Civili] *Syllani Anno V.C. 671. Scipione & Narbone Coſſ.* Appian. 1. Ἐμφ. ταῖς ἡμέραις καὶ τὸ Καπιτώλιον ἐνεπίμπρατο καὶ τὸ ἔργον τινὲς ἐλογοποίουν Κάρβωνος ἢ τῶν ὑπάτων, ἢ Σύλλα πέμψαντος εἶναι, τὸ δ' ἀκριβὲς ἄδηλον ἦν, καὶ οὐκ ἔχω τὴν αἰτίαν ἐγὼ συμβαλεῖν, δι' ἣν ἂν οὕτως ἐγένετο. id eſt: *quo tempore Capitolium conflagravit; turpis facti authore Carbone, ut quidam volunt; alii Conſulibus imputant, nonnulli jubente Sulla factum dixerunt. Cauſæ in incerto, neque ego aliquam conjecero.*

Voverat Tarquinius Priſcus] Dion. lib. 3. Liv. lib. 1.

Pulſis regibus] tertiò poſt anno. Dionyſ. lib. 5. Liv. lib. 2. dedicationem ad primum Horatii conſulatum refert, primis Reip. liberæ annis, ſecutus opinionem,

nionem Dionyſio, & hîc Tacito adverſariam.

Scipione & Norbano Coſſ.] anno urbis conditæ 671.

Fælicitati ejus] occiſo demum C. Mario Fælicis nomen aſſumpſit Sylla. Vellejus l. 2. Appian. 1. Ἐμφ. εὐτυχῆ αὐτὸν οἱ κόλακες διὰ εὐτυχοῦντα ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς ὠνόμαζον, καὶ περιῆλθεν εἰς βέβαιον ὄνομα ἡ κολακεία. id eſt: *felicem vocabant adulatores ex rebus feliciter adverſus hoſtes geſtis. Atque hoc cognomen invenit aſſentatio, ſed publicus poſtmodum conſenſus confirmavit.* Plutarch. Sylla. καὶ πέρας ἐκέλευσεν ἑαυτὸν ἐπὶ τούτοις εὐτυχῆ προσαγορεύεσθαι. τοῦτο γὰρ ὁ Φῆλιξ βούλεται μάλιστα δηλοῦν. id eſt: *poſt hæc voluit felix cognominari*, &c.

Pignus imperii] Livius lib. 1. *Secutum aliud magnitudinem imperii portendens prodigium eſt, caput humanum integra facie aperientibus fundamenta templi dicitur apparuiſſe: quæ viſa ſpecies haud per ambages arcem eam imperii caputque rerum fore portendebat. idque ita cecinêre vates quique in urbe erant, quoſque ad eam rem conſultandam ex Hetruria acciverat.* Dionyſius lib. 4. reſponſi cujuſdam ver-

ba narrat, dati nuntiis hoc nomine in Hetruriam Româ miſſis, ἄνδρες Ῥωμαῖοι λέγετε πρὸς τοὺς ἑαυτῶν πολίτας, ὅτι κεφαλὴν εἵμαρται γενέσθαι συμπάσης Ἰταλίας τὸν τόπον τοῦτον, ἐν ᾧ τὴν κεφαλὴν εὕρετε. id eſt: *vos Romani renunciate civibus, decretum diis eſſe ut caput Italiæ ſit locus, ille in quo caput repertum eſt*. Varro lib. 4. de ling. lat. *Capitolium dictum, quod hic cum fundamenta foderentur ædis Iovis, caput humanum inventum dicitur. hic mons ante Tarpejus dictus à Virgine Veſtali Tarpeja quæ ibi ab Sabinis necata armis & ſepulta: ejus nominis monumentum relictum, quod etiam nunc ejus rupes, Tarpejum appellatur ſaxum*. atque hoc caput ſic inventum intelligo fuiſſe *imperii pignus* apud Tacitum hoc loco.

Porſenna dedita urbe] fortè in hac narratione Tacitus, alia aliunde accepta tradit, quàm quæ ab aliis memoriæ prodita extant, ut ſanè ab iſtis diſſidentia Livius habet; niſi autor noſter erràſſe dicendus ſit, cum hanc deſcriptionem ſic proſequitur. Obſides Porſennæ traditos memorat Dionyſius lib. 5. & Liv. lib. 2. de urbe dedita nihil prorſus reperio in illis, qui in hanc uſque ætatem tranſ-

tranſmiſſi ſuperſunt, Scriptoribus, Tacito excepto, ſi non fallit memoria.

Jeceratque fundamenta] Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 3. ſolam Tarquinii Priſci operam commemorat in area excitanda. Tarquinius ſuperbus jecit fundamenta, maximamque partem ſuperſtruxit, ſed ultimam fabricæ manum non impoſuit ἀλλ᾽ ἐπὶ τῶν ἐνιαυσίων ἀρχόντων τῷ κατὰ τὸν τρίτον ἐνιαυτὸν ὑπατευσάντων τὴν συντέλειαν ἔλαβεν ὁ νεώς. id eſt: *Sed templum ſub annuis magiſtratibus perfectum, tertio anno poſtquam Conſules Reip. gubernandæ admoti eſſent.* Adi eundem Dionyſium lib. 4. & lib. 5. Sed Tacitus videtur Livii verba ſecutus lib. 1. *Tarquinius Priſcus aream ad ædem in Capitolio Iovis occupat fundamentis.* quæ tamen alium ſenſum non admittunt quàm de fundo complanato, & ſecuturæ ſubſtructioni præparato. Superbus enim, ut ex eodem Livio perſpicere eſt, fundamenta jecit. Nuſquam, quantum recordor, in hac fabrica occurrit Hiſtorias pervolutanti Servius Tullius.

Saturnalia] quibus initium decimo ſeptimo Decembris, finis vigeſimo quarto ejuſdem menſis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Trinis & ipſe præſidiis occurrit] καὶ τριχῆ κατὰ τὴν πόλιν συμβαλόντες ἀπώλοντο πάντες. *& tribus in urbe locis pugnantes cædebantur*, numeratque Ioſephus, ſi à vero non exorbitat, quinquaginta hominum millia, 4. ἁλώσ. c. 42.

Sellula] Sueton. Vitellio c. 16. *geſtatoria ſella.*

Pudenda latebra] *in cellulam Ianitoris*, inquit Suetonius, c. 16. *religato pro foribus cane, lectoque & culcitris objectis.*

Non poſſunt imputare] illi præſertim, qui poſtea in Veſpaſianum proditoriè ſe geſſerunt; inprimis Cæcina. Suetonius Tito c. 6. Xiphilin. &c.

Septimum & quinquageſimum ætatis annum] Vitellius, ait Suetonius c. 3. natus eſt *Druſo Cæſare & Norbano Flacco Coſſ. anno V. C.* 768. vigeſimo quarto Septembris, aut ut volunt alii, ſeptimo ejuſdem menſis. dies, quo egreſſus eſt palatio abdicaturus ſe imperio, erat, ex Taciti ſententia, decimus octavus Decembris anno 822. proximo die, decimo nono ſcilicet Decemb. conflagravit Capitolium, vigeſimo [p] Antonius

[p] Præter illas in Tacito circumſtantias, Ioſephus 4. ἁλώσ. cap. 42. diſertè addit, μετὰ μίαν ἡμέραν (quo Capitolium conflagravit) εἰσελαύνει Ἀντώνιος, τρίτῃ μηνὸς Ἀπελλαίου. id eſt, *intrat urbem Antonius tertio menſis Apellæi die.*

onius urbem intravit, moxque ſe-
uta eſt Vitellii mors; quæ omnia ex
Taciti narratione diluceſcunt. Adeo ut
b ejus natali in mortem, ſubductô rite
alculô, tantùm colligantur anni qua-
uor & quinquaginta, & quantum à ſe-
timo aut vigeſimo quarto Septembris
n Decembris vigeſimum fluxit inter-
nedii temporis.

HENRICI SAVILII

NOTÆ

IN LIBRVM QVARTVM

Hiſtoriarum C. Taciti.

N*omen ſedemque Cæſaris*] forſan digreſſus *è paternis penatibus* è quibus milites eum in Palatium deduxerant.

Sed ſtupris & adulteriis] Tacitus in vita Agricolæ. *Admodum juvene Domitiano, & ex paterna fortuna tantùm licentiam uſurpante.*

Capua] 2. hiſt. *Capua Vitellio fida* &c.

Domus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Domus illuſtres afflictæ] afflictio ſanè hæc brevis admodum fuit. neque enim niſi à fine Decembris in principium Ianuarii extenditur. *Tertia legio, familiaris Arrio Varo miles, in Syriam remiſſa*, Tacitus alibi, niſi alterutro loco notandus ſit erroris.

Veſpaſiano decernit] hujus Senatusconſulti fragmentum exſtat ad verbum inter antiquitatum Romanarum rudera.

Sumpta per Gallias Hiſpaniaſque] in bello à Galba & Vindice adverſus Neronem geſto.

Conſulare imperium] Dio lib. 54. duo ejus capita exprimit τὸ δώδεκα ῥάβδοις ἀεὶ καὶ πανταχοῦ χρῆσθαι καὶ ἐν μέσῳ τῶν ἀεὶ ὑπατευόντων ἐπὶ τοῦ ἀρχικοῦ δίφρου καθίζεσθαι. *quod duodecim ipſis faſces ſemper & quovis loco præferrentur, & in medio eorum, qui conſulatu fungebantur, ſella curuli veherentur.*

Conſul deſignatus] Super re ad Senatum à Conſule relatâ primus erat cujus audiebatur ſententia.

Quia iterum in mentionem ejus incidimus] 2. hiſt. nam in Annalibus ſæpè occurrit.

Doctores ſapientiæ ſecutus eſt] Stoicos ſcilicet, quorum ſchola iſtas procudit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

t opiniones. Laërt. Zenone lib. 7. Ci-
:ro paradoxis, & alii.

In exilium pulſus] Tacit. 16. Annal.

Vlteriora mirari] tempus nimirum
)eræ reip.

Senem triumphalem] nam rebus in
ritannia, tempore Claudii, bene geſtis
eſpaſianus obtinuerat *triumphalia or-
amenta*, teſtante Suetonio Veſpaſian.
ıp. 4.

Proximus dies] ad iſtius rei diſcepta-
onem. neque enim aut proximè ſecu-
ıs dies erat, neque ſimpliciter proxima
:natus comitia.

Fingebatur expeditio] Triumphi, iiſ-
ıe ſuffecta Triumphalia ornamenta,
:cerni illis ſolent quorum inſignia e-
ınt in Remp. merita, & poſt partas ex
oſtibus externis victorias illuſtriores.
altem nemo in Romano imperio tri-
mphos de *civibus victis* affectavit.
. *Sylla*, inquit Valerius lib. 3. *qui plu-
ima bella civilia confecit, cum con-
ımmata ac conſtructa potentia ſua tri-
:mphum duceret, ut Græciæ & Aſiæ
nultas urbes, ita civium Romanorum
ullum oppidum vexit.* Cæſar [q] con-
fecto

[q] Appian. 2. Ἐμφυλ. τὰ δὲ Ῥωμαίων φυλαξάμενος ἅρα ὡς ἐμφύλια, οὐκ ἐοικότα τε αὐτῷ καὶ Ῥωμαίοις αἰσχρὰ καὶ ἀπαίσια ἐπιγράψαι θριάμβῳ, παρήνεγκεν ὅμως αὐτῶν ἐν τοῖς δὲ τὰ πα-

θήματα ἅπαντα καὶ τοὺς ἄνδρας ἐν εἴκοσι καὶ ποικίλαις γραφαῖς χωρίς γε Πομπηΐου· τοῦτον γὰρ ὅτι μόνον ἐφυλάξατο δεῖξαι, σφόδρα ἔτι πρὸς πάντων ἔτι ποθούμενον. id eſt: *noluit triumphare de civilibus Romanorum bellis, quod nec ſe deceret, & populus deteſtaretur. Et tamen quæ in hoc bello eveniſſent, exhibuit variis picturis, imaginibus ducum, excepta illa Pompeji; tacite licet ſecum omnibus id expetentibus.*

fecto bello civili, quanquam in ſpeciem abſtineret triumpho *de civibus, victis*, prætenderetque nomen Iubæ titulis Africani triumphi, potius quàm Scipionis, Catonis, aut Afranii, qui duces adverſus eum militaverant, ulterius tamen quàm Sylla proceſſit, & circumductis in triumpho imaginibus eorum, excitavit [r] in populi Romani animis mœrorem. Auguſtus poſt ſuperatum Actiacâ pugnâ Antonium & Cleopatram, maluit fœminâ quam viro inſigniri triumphum, εὐφημίας ἕνεκα. Res certa eſt, quoties ab externo hoſte victo leves ſuppeterent cauſæ, nec quæ ducendo ſufficerent triumpho, neque verecundia cives nominari pateretur, quæſitos fuiſſe, ut hic, colores.

Tarracinæ municipio] Italiæ ex Auguſti diviſione undecim fuerunt regiones. Plin. l. 3. c. 15. *Regio prima* à Tiberi fluvio in Surrentum uſque patet, aut potius

[r] Dio lib. 43. ἀπὸ τῶν πολιτῶν ἐν τῇ Ἀφρικῇ ἀπολωλότων πομπεῖα δεινῶς αὐτοὺς ἐλύπησαν. id eſt: *cives in Africa cæſi & in pompa triumphali circumducti dolorem in animis civium excitârunt.*

us ad flumen Silarum ultra triginta
illiaria (iſtius enim partis fines dubie
inius agnoſcit) complectiturque La-
ıum, Campaniam, & Picentinos. *Re-*
o ſecunda à Metaponto in *ſinu Taren-*
no porrecta ad amnem Tifernum *in*
ari Adriatico includit Salentinos,Ca-
briam, Apuliam &c. *Regio tertia* Syl-
rum inter & Metapontum ſita cir-
mſcribit Lucanos,Brutios & Magnam
ræciam. *Regio quarta* à Tiferno ad
men Aternum , itidem in Adriatico,
ocurrens habet Ferentinos,Pelignos,
mnium &c. *Regio quinta* ab Aterno
Anconam extenditur , in qua & Pi-
num eſt. *Regioni ſextæ* aſſignatur Vm-
ia , & quæ Anconam inter & Arimi-
ım ora. *Regionem ſeptimam* conſti-
it Hetruria inter fluvium Macram &
ibrim. *Regio octava* eſt tota illa regio
ıæ ab occidente limitibus ſextæ Re-
onis adſidet, inter Apenninum & Pa-
ım, continetque Ariminum , Raven-
am, Bononiam, Brixellum,Mutinam,
armam , Placentiam &c. *Regio nona*,
ıviis Macra & Varo terminata , com-
rehendit Liguriam. *Regionem decimam*
ccupant Venetiæ, & *Regionem unde-*
imam Gallia Tranſpadana. Vt ad hunc
locum

locum redeamus, veteres libri legunt *Regione Italiæ*, nullo prorſus numero, qui deſcriminet, addito, & *Tarracinæ municipio* dubiâ ſcripturâ, nonnunquam *Tarentium municip*. interdum *Tarentinæ municip*. quandoque & *Tarentino*. Sanè mirum videatur adeo illos operosè verſari in deſignanda *Tarracina*, celebri quodque fama ignorari non patiebatur, oppido, & in iſta Romæ vicinia. Sed quidquid tandem fuerit, majori admiratione dignum, à quibuſdam Tarracinam hic legentibus inſeri explendo ſenſui *ſeptima*, ab aliis *ſecunda*, cum tamen luce clarius ſit *primâ* contineri *Italiæ regione*.

Suadere enim Priſco] & Helvidius, quod Eprio Marcello meliora monenti detrectâſſet obſequi, interemptus eſt ſub Veſpaſiano, bono & moderato Principe. Suetonius Veſpaſiano. *Helvidio Priſco, qui reverſum ex Syria ſolus privato nomine Veſpaſianum ſalutaverat, & in prætura omnibus edictis ſine honore ac mentione ulla tranſmiſerat, non ante ſuccenſuit, quàm altercationibus inſolentiſſimis pene in ordinem redactus. Hunc relegatum primò, deinde interfici juſſum, miſſis qui percuſſores revoca-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

*ocarent ſervaſſet, niſi jam periiſſe fal-
nuntiatum eſſet.* Probus. *Elvidius
riſcus poſt damnationem ſoceri Pœti
braſeæ, interdicta ſibi Italia, Apollo-
iam conceſſit, ſed poſt interfectum Ne-
nem reſtitutus à Galba, non aliter
uàm libero civitatis ſtatu egit.* Ad-
ndus quoque Arrianus lib. 1. cap. 2.
ſſertat. Epicteti.

P. Celer] Publius Egnatius Celer ex
ſtibus in Baream Soranum productis
æcipuus. Tacit. 16. Annal. *Cliens hîc*
git de Egnatio) *Sorani, & tunc em-
us ad opprimendum amicum auto-
tatem Stoicæ ſectæ præferebat, habitu
ore ad exprimendam imaginem ho-
ſti & exerciti, cæterum animo perfi-
oſus & ſubdolus, avaritiam & libi-
nem occultans. quæ poſtquam pecu-
a recluſa ſunt, dedit exemplum præ-
vendi, quomodo fraudibus involu-
s, aut flagitiis commaculatos, ſic ſpe-
e bonarum artium falſos, & amicitiæ
llaces.* Iuvenalis:

Stoicus occidit Baream, delator amicum,
Diſcipulumque Senex. ——

holiaſtes Iuvenalis aliud ſpeciatim no-
:. *Egnatius Philoſophus filiam Bareæ*
Sorani,

Sorani, cum ipſius ad Magicam deſcendiſſet hortatu, Neroni detulit.

Mucianus urbem ingreſſus] Ioſephus ἁλώσ.4. c.42. ſcribit Mucianum intrâſſe urbem proximo ab Antonii ingreſſu die, quod pugnat cum iis quæ notat Tacitus. Si tamen intravit ante Ianuarii principium, non longè poſt ſubſecutus eſt; & *Tacitus paucos poſt dies.*

Id bellum] quod breviter deſcribit *Ioſephus* ἁλώσ.*7. cap.* 11. attigit *Frontinus Stratag. lib.4. cap.3. & Sariſburienſis in Polycratico.*

Claudius Civilis] ipſe Tacit. 1.hiſt. *Plutarchus* ἐρωτικῷ, *Frontinus, Sariſbur. Iulium Civilem* appellant. Sed quicquid tandem de eo ſit, Tacito *Paulus & Civilis* fratres fuiſſe videntur.

Diſcrimen adiit] 1. hiſt.

Antonius Primus] quæ hic deſignat author facilè perſuadeant rebellionem Germanicam incidiſſe in hiemis principium. Tacitus enim, me judice, nec temporis nec loci notandi ſatis obſervans eſt.

Accita à Vitellio] *Tacit. 2. hiſt.*

Pellexit Batavorum cohortes] de quibus actum 1. & 2. *hiſt.*

Vt ſupra retulimus] 2. hiſtor.

Acci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Accitis Friſiis] *Tacitus de moribus German.*

Duarum cohortium hiberna] nullis enim legionum præſidiis occupata erat Inſula, ſed quaſdam tantùm acceperat cohortes.

In ſuperiorem Inſulæ partem] propius *Vetera*, duabus inſeſſa legionibus, *quinta* & *quintadecima*.

Genitos ante tributa] tributis origo annis ferè centum viginti ante; ut Gallia tum aluiſſe videatur homines ſenii provectiſſimi.

Inania legionum nomina] hoc tempore ſex fuerunt legiones non integræ, aut potius legionum nomina, ut hic vocantur; In ſuperiori Germania ad Magontiacum duæ, *quarta Macedonica*, & *octava decima*, *aliàs duo & viceſima*, præter octo Batavorum cohortes. In Germania inferiori ad Bonnam *Prima legio*, & infra Bonnam ad Noveſium *Sextadecima* & paulo verſus illam partem longius ad Vetera, *Quinta & quintadecima*, utriuſque duce Mummio Luperco. ultimas duas hoc bellum penitus conſumpſerat, caſtris ſolo æquatis. Tacit. *Sextadecima & prima* poſt Hordeonii mortem ſponte hoſtili

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſe ſacramento obſtrinxit, atque ex illorum arbitrio Treveros ſubmota, unde ſua ſponte Mediomatricos petierunt, atque inde acciti à Cereale in gratiam redierunt. Eodem tempore quæ Magontiacum tenebant legiones duæ, tranſierunt in partes antea inimicas, & neque mutare locum juſſæ ſunt, ſed quæ poſt Cerealis adventum ad Romanos redierunt. Tacit. Octo Batavorum cohortes initio belli in ſeditiones actæ ad Civilem defecerunt. Iam verò ſupplendis & in integrum reſtituendis quos aut ſeditio, deditio aut cædes abſtulerat, aſſignatæ erant ſub Petilio Cereale ſeptem legiones, teſte Tacito, nimirum *Sexta Victrix*, cum Muciano è Syria redux, & *Octava Auguſta*, una ex Mœſicis legionibus (ſic enim legi debet, non octava decima, iſtius enim nominis nulla *inter Victrices* fuit) *una & viceſima Rapax*; *Secunda* cognomine, ut opinor, *Flavia, è recens conſcriptis. Quarta decima Gemina* ex Britannia; *Sexta Ferrata*, & *Decima Gemina* ex Hiſpania. Eſt enim in Vulgatis Taciti exemplaribus *Tertia ac prima ex Hiſpania accita*, ut nulla *Tertia* fuerit in Hiſpania, & Hiſpanicam *Sextam* hiſce rebus inter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

interfuiſſe Tacitus narrat 5. hiſt. Verum quidem, quod aliqua *prima adjutrix* in Hiſpania fuerit, ſed cum lib. 5. bis memoretur *decima* legio Hiſpanica, dicendum, aut omnes legiones ex Hiſpania accitas contra omnem probabilitatem, aut pro *prima* legendum eſſe *decima*. Vt ex hac emendatione, in fine hujus adverſus Gallos & Germanos belli, fuerint in Romano exercitu undecim legiones.

Superioris Germaniæ: *Quarta*[f] *Macedonica*; *Octava decima aliàs duo & viceſima; Didius Vocula legatus.*

Inferioris Germaniæ: *Prima; Herennius Gallus legatus*; *Sexta decima; Numiſius Rufus legatus,* ut opinor.

Sexta Victrix, è Syriacis
Octava, Auguſta è Mœſicis
Vna & viceſima, Rapax è Vitellianis
Secunda Flavia, è recens conſcriptis
Quartadecima, Gemina è Britannicis.

Sexta Ferrata, *Decima Gemina*: *Ex Hiſpanicis.*

Caſtra] ſcil. cohortium.

Mummius Lupercus] non ſine veri

[f] quarta videtur legato caruiſſe; ſaltem nulla ejus hic mentio. Forte Vitellius eum removerat. Sane Didius Vocula quãquam ratione muneris ſui legatus tantum eſſet XIIX, aliàs XXII. utriuſque tamen egit legati partes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſpecie dicere liceat, Vitellium legiones admodum reliquiſſe imminutas, ferè ad alteram partem (utraque enim hæc legio vix quinq; armatorum millia complectitur) ſed & Centurionibus deſtitutas, unô legatô, qui duabus præeſſet legionibus, relictô, & tamen quaſi ſe corrigeret, alium lectori *tanquam ex machina* obtrudit, ſcil. Numiſium[t] Rufum. Quem ut Vetera veniſſe nulla nobis ratione conſtat, ita longe abſurdius alio extra Vetera loco conſtituitur. Si ab initio ibi conſtitit, cur Tacitus ſcribit, Lupercus ſolus *duarum legionum hibernis præerat?* Si non, cur & quando eò ſe recepit? & præſertim cur & quando diſceſſit? Sed hæc Germanici belli deſcriptio in paucis quibuſdam negligentiæ notanda eſt, (ſi quid video) ſparſim indicandæ, ubi ſe res dabit. Maximam partem explent & explanant capitum argumenta, & in textu quandoque à me recepta vocula una & altera, ut inſtituta librorum collatio docebit.

[t] *Legati legionum Mummius Lupercus & Numiſius Rufus vallum muroſque firmabant.*

Subito delectu ſupplet æ legiones] Magontiaci tum duas habuit legiones Hordeonius, quartam & duodeviceſimam, aliàs duo & viceſimam.

Tria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Tria millia legionariorum] cum integra legio conſtet 6000 aut ad minimum 5000 millibus armatorum.

Cohortes Batavorum & Caninefatum] hæ ſunt illæ *octo cohortes Batavorum quartædecimæ legionis auxilia*, toties primô & ſecundô Hiſtoriarum librô obviæ, & nunc ad Magontiacum relictæ, quò Civilis clam ſubmiſſis nuntiis defectionem ad ſuas partes ſuadebat, ut ex hoc libro cognoſcimus. Et quanquam nullibi ante expreſſum Caninefatum nomen eſt, probat hic locus, ex mixtis illas octo cohortes duabus gentibus coiiſſe, ſumpto à Batavis nomine, velut parte principaliori, quos & potentia atque exinde celebritas reddiderat notiſſimos. Sane Caninefates Batavorum pars erant, juncti inſula, lingua, & origine, ut Tacitus paulò ante oſtendit. Atque hæc fortaſſis cauſa eſt, cur in libro *de moribus Germanorum* ſolos nominet Batavos, aut quod cæteros commune nomen deſignet, aut quod propria appellatione indigni eſſent.

Numiſius Rufus] μνημονικὸν ἁμάρτημα, nam ſolus Lupercus *duarum legionum hibernis præerat.* Numiſium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

quoque ad *Vetera* non fuiſſe, ſed decimæ ſextæ potius legionis legatum, cui caſtra ad Noveſium, alia facilè ex Tacito loca probaverint.

Vallum muroſque firmabant] hiberna enim legionum, poſtremis temporibus, urbium inſtar muniri cœperunt.

Veteranarum cohortium ſigna] Batavos ſcilicet.

In modum Pontis] Vegetius lib. 4. c. 17. in deſcriptione turris ambulatoriæ mentionẽ facit pontis hiſce verbis: *Turres ſunt machinamenta ad ædificiorum ſpeciem ex trabibus tabulatiſque compacta, tanta proceritate, ut non ſolum muros, ſed etiam turres altitudine ſuperent. His plures rotæ mechanica arte ſubduntur, quarum lapſu magnitudo tam ampla movetur. Inferioribus habet arietem, cujus impetu deſtruit muros. Circa mediam partem accipit pontem factum de duabus trabibus, quem ſubito prolatum inter turrim murumque conſtituunt, & per eum egredientes de machina milites occupant muros & in civitatem tranſeunt. In ſuperioribus partibus contati & ſagittarii collocantur, qui propugnatores depellant* &c. Tacitus hoc loco per pontem

tem intelligere videtur totam machinam ambulatoriæ turris, non ſolam partem quam ſic Vegetius ſpeciatim vocat.

Motuſque Bonnæ exercitus] aſſumptâ prima legione, aut magna ejus parte, ut aliunde patet.

Delectum tributaq; Galli aſpernantes] & tamen vix decem ante lineis ſcribit, *affluentibus auxiliis Gallorum, quæ primo rem Romanam enixè juvabant.*

Hordeonius] qui videtur Noveſii relictus.

Interim Flaccus] Hordeonius Flaccus cum ad Mægontiacum, ubi *quartæ & octavæ decimæ aliàs duo & viceſimæ* legionis hiberna, obſeſſa Vetera intellexiſſet, Didium Voculam, legatum *octavæ decimæ, aliàs duo & viceſimæ* præmiſit & ſelectum utriuſque legionis robur. Hordeonius relicto ad Magontiacum quod hibernis cuſtodiendis ſufficeret, videtur proxime ſubſecutus & aſſecutus Voculam Bonnæ, adſitæ fluvio, octo ſupra Coloniam milliaribus, ſexaginta ſupra Vetera, ut teſtatur Antoninus in Itinerario & Tacit. 1. Annal. & ſic pariter Coloniam profecti; ubi inſtante per rebellionem exercitu, & ſua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

dente invaletudine, abdicatam præfe-ctуram, ſaltem ejus exercitium, in Voculam tranſtulit, cum illis nihilominus Noveſium perrexit, hodie *Nuys* vocant, ſexdecim milliarium infra Coloniam diſtantiâ, ex Antonini dimenſione. Flaccus Noveſii ſubſtitiſſe videtur, cæditurque ibidem, ut manifeſtum, motâ per ebrios milites ſeditione. Sed Vocula cum magna exercitus parte contendit ulterius, ut cœperat propiuſque Vetera, delecto caſtris loco Geldubæ, quæ ad Rhenum arx eſt, *ubi ciceris generoſitas præcipua*, ait Plinius. Et hæc quidem rei penitius explicandæ data, in qua, ſaltem me judice, non ita perſpicue & diſtincte, ut quidem decuit, narranda author noſter verſatus eſt.

Infeſtius in Vbiis] *Agrippina* (uxor Claudii) *quo vim ſuam ſociis quoque nationibus oſtentaret, in oppidum Vbiorum, in quo genita erat, Veteranos Coloniamque deduci imperat, cui nomen inditum ex vocabulo ipſius.* Tacit. 12. Annal.

Ante prælium Cremonenſe] pugnatum eſt ultimo Octobri, ut alibi dictum.

Cæcinæ edicto] qui Conſul publicato,
ut

ut videtur, edicto ſuum in Flavianas partes ſtudium probavit.

Alpinus Montanus] miſſus à Flavianis 3. hiſt.

Treveri] ibi enim natus Alpinus. 3. hiſt.

Exigua Galliarum portio] Tacitus alibi Germanorum eos nomine amplecti videtur.

Excidimus] illos in *Batavia.*

Premimus fame] intelligit *Vetera.*

Ac tum accitæ] unde? *Noveſio, Bonna, Maguntiaco?* aut ex qua tandem terrarum parte?

Prætor Vrbanus] cujus erat Senatum convocare, ſi conſules abeſſent.

Plotius Griphus] Mutiani Cliens. 3. hiſt.

Fraterna imagine fulgentem] *Piſonem* puta, quem Galba adoptavit.

Pars exercitus] *Sexta & Octava de Victricibus.* Tac.

Vetuſtate delapſa] Capitolii incendio liquefacta, ait Suetonius Veſpaſiano cap. 8.

Demetrius Annal. 16. Sueton. Veſp. 13. Xiphilin.

Scribonianos fratres] Xiphilin. Nerone, ἀδελφοί τε καὶ ἡλικιῶται τρόπον τινὰ

 ὄντες,

ὄντες, καὶ μηδὲν μηδέποτε ἄνευ ἀλλήλων πράξαντες, ἀλλ' ὥσπερ τῷ γένει, οὕτω καὶ τῇ προαιρέσει τῇ τε οὐσίᾳ συμπεφυκότες καὶ τὰς Γερμανίας δὲ ἀμφοτέρας ἐπὶ πολὺ ἅμα διῳκησαν, ἦλθόντε εἰς τὴν ἑλλάδα μετάπεμπτοι ὡς αὐτῶν τοῦ Νέρωνος δεομένου, καὶ ἐγκλήματος, οἷα ὁ καιρὸς ἐκεῖνος ἔφερε, λαβόντες ἐτελεύτησαν τὰς φλέβας αὐτῶν χάσαντες. id eſt: *Fratres ætate fere pares nihil agebant niſi ex mutuo conſenſu, ubique concordes, utque ſanguine participabant, ita & conſiliis opibuſque. uterque aliquamdiu utrique præfuit Germaniæ, poſt accerſiti à Nerone in Græciam, quaſi qui opera eorum uti vellet, ex more tum illorum temporum accuſati ſolutis ſponte venis ſe interemerunt.*

Aquilius Regulus] *omnium bipedum nequiſſimus*, ut Plinius Iunior eum vocat, peſſimum pernicioſiſſimumq; crudelitati Neronis & Domitiani inſtrumentum, lib. 1. ep. 5. &c.

Percuſſor Piſonis] & tamen procurante Verania legationem adeptus eſt, *cujus marito*, ait Plinius lib. 2. ep. 19. *inimiciſſimus, ipſi inviſiſſimus fuerat.*

Septies millies ſeſtertio donatus] id eſt, 54687 lib. 10. S. ſterling.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Octavius] Tacit. 13. Annal.

Lectus miles] ex Flavianis partibus; ut vero quam ſimillimum videatur, multos legionariorum facilius inductos ut iſti ſe rei miſcerent, tantâ beneficii ſpe.

An uti videretur] *Initio ſtatim Principatus profeſſus eſt Veſpaſianus quadringenties millies H. S. opus eſſe ut reſpublica ſtare poſſet*, inquit Suetonius c. 16. Summa, cui parem audiviſſe non memini, colligit ſupra trecentos milliones librarum.

Sexcenties ſeſtertiûm] id eſt 468750 lib. ſterl.

Funuſque Cenſorium ductum] *Cenſorium funus* magnificè inſtructum ſignificat, & eminenti præ cæteris apparatu; ut cenſuræ dignitas reliquis præfulgebat, tanquam cujuſcunque honoris faſtigium. Polybius lib. 6. ſcribit in funere conſulari aut prætorio nonnullos è nobilioribus lectos defuncti pompam duxiſſe ἐν ἐσθῆτι tantum περιπορφύρῳ. id eſt: *in veſte prætexta purpura*; in funere Cenſorio ἐν πορφυρᾷ *in purpura.*

Quæ mox tulimus] tempore Domitiani. *Tacit. in vita Agricolæ. Plinius in epiſtolis.*

Quadraginta millia equitum Parthorum offerentes] 40. *millia ſagittariorum*, ait Suetonius Veſpaſ. c.6. eâdem cum Tacito ſententiâ, Parthi enim erant ἱπποτοξόται, id eſt, *ex equis militabant arcu.*

Tanquam terminos ætatis egrederetur] *uno die*, ait Sueton. Domitiano c.1. *ſupra triginta urbana officia atque peregrina diſtribuit, mirari ſe Veſpaſiano dictitante quod ſucceſſorem non & ſibi mitteret.*

Antequam digrederetur] à patre Alexandriâ, quem eo uſque ſecutus erat, inde digreſſus Cæſaream. quod iter ſpeciatim deſcribit Ioſephus ſub finem 4. libri περὶ ἁλώσ.

Quibus fauſta nomina] Cicero de Divinatione, *Cum Imperator exercitum, cenſor populum luſtraret, bonis nominibus qui hoſtias ducerent eligebantur: quod idem in delectu Conſules obſervant, ut primus miles fiat bono nomine.*

Curam confert reſt. Capitol.] plerique Scriptores ſtant hic contra Tacitum. Sane puto Veſpaſianum fundando Capitolio adfuiſſe. Sueton. Veſpaſ. cap.8. *Veſpaſianus reſtitutionem Capitolii*

tolii aggreſſus ruderibus purgandis manus admovit, ac ſuo collo quædam extulit. Xiphilin. τε νεὼν τὸν ἐν Καπιτωλίῳ εὐθὺς οἰκοδομεῖν ἤρξατο, αὐτὸς τι τοῦ χοῦ πρῶτος ἐκφορήσας. id eſt: *protinus animum adjecit ad ſtruendum in Capitolio templum, primus qui rudera efferre cœpit.* Tamen apud Tacitum præcipuæ dignitatis in hoc negotio præſens, Helvidius Priſcus eſt, Prætor Vrbanus, ſummo, ſi Conſules abfuerint, loco. Equidem ſepoſitâ Taciti autoritate, contra quem ne viginti quidem iſtius generis ſcriptores præponderent, non video quomodo Veſpaſianus Romam intrâſſe potuerit ante vigeſimum primum Iunii. Alexandriæ enim aliquot menſes egit, inquit Tacitus, *certa maris opperiens.* A decimo autem Novembris uſque ad decimum Martii, ait Vegetius lib. 4. cap. 39. *maria clauduntur*; à decimo Martii ad decimum quintum Maji *periculosè maria tentantur*, neque facile ſe quiſquam iis committebat niſi mercator; ut ante aut circa dimidium Maji Alexandriâ ſolviſſe non videatur. Zonaras vult longè diutius propoſito in Ægypto ſubſtitiſſe, quod ſperaret expugnandam interim Hieroſolymam ante

diſceſſum, ut tum quoque profecturus Romam Titum haberet comitem. Præterea, Veſpaſiani iter eò inſtitutum, fuit tardum & plerumque terreſtre, magnis negotiis interim occupatum, ut Ioſephus ἁλώσ. 7. cap. 5. & 10. Suetonius & alii teſtantur. Vt, omnibus penſitatis, Romam ingredi non potuerit niſi declivi jam æſtate, & intereſſe non potuerit Capitolii fundationi.

Primores Galliarum ab Othone adverſus Vitellium miſſos] hæreo, qui iſti *primores Galliarum*, quando & unde ab Othone adverſus Vitellium miſſi; niſi intelligat *Romanos Senatores*, quorum multi origine Galli, in comitatum adſciti ab Othone adverſus Vitellium. Sed iſtius ordinis homines, niſi me fallit conjectura, adeo novis inceptandis ſtudere non ſolent.

Furere diſcordiis popul. R.] Ioſeph. lib. 7. ἁλώσ. c. 2.

Sic olim Sacrovirum & Æduos] quarto Tiberii anno. Tacit. 3. Annal.

Galba, &c.] Splendidum Taciti ἁμάρτημα μνημονικόν. Galba enim non imminuit, ſed auxit potius Lingonum & Treverorum tributa, eoſque varie afflixit. Vrbibus quidem nonnullis quartam

am tributorum pendi ſolitorum parem remiſit, ſed non in hiſce Comitiis.

Herennius & Numiſius] Herennius Legatus primæ legionis, cui hiberna Bonnæ, & Numiſius decimæſeptimæ quæ Noveſii erat.

Patratâ demum clade] Tac. de moribus German. *Aliis Germanorum populis uſitatum rara & privata cujuſque audentia apud Cattos in conſenſum vertit, ut primum adoleverint crinem barbamque ſubmittere, nec niſi hoſte cæſo exuere votivum obligatumq; virtuti oris habitum.*

Quibus artibus] Xiphilin. εἰς μνημεῖον ὑπόγειον κατέδυ, ἐκρύφθη τε ἐν αὐτῷ ἐννέα ἔτη μετὰ τῆς γυναικὸς, καὶ παῖδας ἐξ αὐτῆς δύο ἄῤῥενας ἐκύησε. id eſt: *ſubterraneum ſpecum ſubiit, latuitque in eo cum uxore novem per annos, genuitque ex ea duos filios.* Plutarch. ἐρωτικῷ large deſcribit integram hiſtoriam cum omnibus circumſtantiis.

Petilius Cerealis] Ioſephus ἁλωσ. 7. cap. 11. nonnihil à Tacito abit, & labi ipſum aſſerere auſim, quod Cerealis ὥσπερ ἐκ δαιμονίου προνοίας Legatus in Britanniam miſſus fuerit (ἄρξων Βρεττανίας) & in itinere audita Germano-

rum

rum & Gallorum ſeditione compoſuerit animos.

Domitianus & Mutianus] Sueton. Domit. cap.2. *expeditionem quoque in Galliam Germaniaſque neque neceſſariam & diſſuadentibus paternis amicis inchoavit* (Domitianus) *tantum ut fratri ſe, & operibus & dignatione adæquaret.*

Peninis Cottianiſque Alpibus traducuntur]quidam ante Cerealem,nonnulli poſt eum,ut ex hoc & ſequente libro diſcere eſt.

Viam inter Moſellamque flumen]Tacitus debuiſſet , exemplo hiſtoricorum, quos habemus probatiſſimos, hic ſe exactiorem præſtitiſſe chorographum,atque iſtius prælii locum accuratius deſcripſiſſe , quæ fluvii pars Romanis caſtris teneretur , & quæ ratio ſitus quoad urbem. Nunc , ut eâ defunctus deſcriptione eſt (.ſi rem rite excuſſam concipio) non modo nobis intellectu difficilem reddit , ſed & iis quibus iſta ſcripſit ; niſi putemus, Romæ tum viventibus viam fuiſſe notiſſimam , de qua agit,aliaque minutiora quæ Treverorum ſpectant ſitum, ut ad plenam cognitionem nihil deeſſet. Adde , quod, utcun-

que

que mutetur loci ſitus, in promptu ſit ex textu ſic conſtituto controverſias movere non ita facile enodandas.

Cœleſtis favor] Sueton. cap. 7. *Autoritas & quaſi majeſtas quædam, ut ſci. inopinato & adhuc novo Principi deerat, hæc quoque acceſſit: è plebe quidam luminibus orbatus, item alius debili crure* &c.

Baſilides] putant quidam ſacerdotem eſſe in monte Carmelo, cujus mentio 2. hiſtor. ſed obſtant quæ pene conciliationem fugiunt.

Ex nomine Baſilidis] deducto à βασιλεὺς.

Origo Dei] Hæc & Plutarcho memorata lib. *de Iſide & Oſiride*, paucis mutatis; & Euſtathio in Commentariis ad Dionyſium, hiſce apud Tacitum propiora narranti.

Templum pro magnitudine urbis extructum] Dionyſius περιηγήσει:

Ἔνθα Σινωπιτάο Διὸς μεγάλοιο μέλαθρον
Χρυσῷ τιμήεντι κεκασμένον, οὐκ ἂν ἐκείνου
Νηὸν ἐν ἀνθρώποισι θεώτερον ἄλλον ἴδοιο.

Hic Sinopitæ Iovis ingens tollitur ædes
Magnifico ornatu, nec qua patet Orbis, habebis
Quod tantæ moli poſſis contendere templum.

Sa-

Sarapis & Iſis] Potius Oſyridi & Iſidi, aut alioquin Sarapis ſeipſum antevertet, eritque cum nondum veniſſet, quæ abſurditas fuerit non excuſanda.

Ptolomæus tertius] cognomine εὐεργέτης.

Æſculapius]ſed quicunque verè fuerit Deus, Ægyptiis Sarapis eſt, οὐ γὰρ ἐκ Σινώπης οὕτως ὀνομαζόμενος ἧκεν. id eſt: *neque enim id nominis Sinopâ attulit Plutarch. lib. de Iſide & Oſiride* ἀλλ' εἰς Ἀλεξάνδρειαν κομισθεὶς τὸ παρ' Αἰγυπτίοις ὄνομα τοῦ Πλούτωνος ἐκτήσατο τὸ Σαράπιν, *ſed poſtquam Alexandriam deductus eſt , nomen ei Serapis inditum, Ægyptiaca lingua Pluto.*

Statos æſtivis flatibus dies & certa maris opperiens] *certa maris* , erant à decimo quinto aut vigeſimo ſeptimo Maji (utrumq; enim habet *Vegetius l.*4. *cap.*39) uſque ad decimum quartum Septembris ; à decimoquarto Septembris uſque ad undecimum Novembris *navigatio* , ſed *incerta* ; ab undecimo Novembris uſque ad decimum Martii *Maria clauſa* ; & ab illo tempore uſque ad decimum quintum Maji *navigatio periculoſa*. Vt ſatis appareat Veſpaſianum non ſolviſſe,niſi Majo extremo. Ioſeph.

ἀλωσ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

λώσ. cap.42. αὐτὸς μέντοι (Οὐεσπασια-
ος) εἰς τὴν Ῥώμην ὥρμητο λήξαντος τοῦ
χειμῶνος ἀνάγεσθαι. id eſt: *Veſpaſianus*
Romam profectus eſt extrema hieme.
quod autem vir doctus pro *ſtatos æſti-*
vis flatibus dies legit *ſtatos Eteſiarum*
flatibus dies, allucinatur. Eteſiarum e-
nim flatus iſta navigatio adverſos ha-
bet. Tacit. 2. hiſt. & Cæſar 3. c. 20. *de*
bello Civili; *Ipſe neceſſario Eteſiis tene-*
batur, qui Alexandria navigantibus
ſunt adverſiſſimi venti. Si exſpectaſſet
donec deflarent, quod fit extremo Au-
guſto, incidiſſet in tempus *incertæ na-*
vigationis, & *incertiſſimâ* domum pro-
cul dubio veniſſet.

Benignitate Deûm] Ioſephus 7. ἁλωσ.
cap. 11. Domitiano non verè, & per a-
dulationem, tribuit gloriam ex iſto bel-
lo ad finem perducto.

Sperni à ſenioribus] cum nondum
impleviſſet tunc decimum ſeptimum æ-
tatis annum.

F I N I S.

HEN-

HENRICI SAVILII NOTÆ In IVLII AGRICOLÆ VITAM.

I*Gnorantiam recti & invidiam*] ut ad exile objectum hebet æger oculus, ſic minutas virtutes non capit triviale ingenium. Illic compactior quicquid materies craſſiuſculum fecit, ipſa ſui mole ferit ſenſum; hîc fatum idem eſt mentis ex viliori luto confictæ. Iam vero ſimulac ignorationis latebras egreſſa eſt virtus, protinus invidiæ occurrit. In faſtigio perfectionis conſtituta, ut directos jaciens radios Sol umbram fugat, illa quoque odium & invidiam diſcutit.

Venia opus fuit] metuebat fortaſſis. Et cur quæſo? ne incideret in *ſæva & infeſta virtutibus tempora* ſub Domitiano [a]. Sed ſcripſit hæc ſub Trajano, *in beatiſſimi ſeculi luce*, ut vocat. Neque

[a] Aut fortaſſe generaliter iſta ſpectantur tempora; ne, ut capitale fuerat Domitiani temporibus ſcripſiſſe vitam Thraſeæ & Helvidii, qui aliorum licet Principum crudelitati erant immolati, ſimile quid Tacitus experiretur ſub aliis Tyrannis quod ejus vitam ſcripſiſſet quem ſub Domitiano fama eſt veneno exſtinctum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

que rationis quicquam ſolidæ diſpicio,
ur cum plenam ſecuritatem tempora
ndulgerent quibus ſcripſit, terrorem
x iis de quibus ſcribebat temporibus
onciperet; aut ex iis quæ ſecuta ſunt,
egimus cum Aruleno Ruſtico, &c. quæ
iu poſt geſta in recenti ejus memoria,
 velut conſpectu verſabantur. Sic enim
it ſub finem hujus libri, *Nos Maurici, Ruſticique viſus, nos innocenti ſanguine Senecio perfudit.*

Thraſea] obtruncatus à Nerone *Virutem ipſam exſcindere cupiente*, inquit
Tacitus Annal. 16. Helvidius Priſcus
Veſpaſiano, quod conſilio Eprii Marelli rectè in Senatu ſuadentis, aliquot
nte annis obſequi detrectâſſet, narrane Tacito hiſce verbis 4. Hiſt. *Suadere tiam Priſco, ne ſupra Principem ſcanderet, ne Veſpaſianum Senem triumphaem, juvenum liberorum Patrem præeptis coërceret? quomodo peſſimis Imeratoribus ſine fine dominationem, ita uamvis egregiis modum libertatis plaere.*

Vt monumenta clariſſimorum virorum] [b] Cliſthenes Sicyoniorum Rex cum decreviſſet in Argivos bellum, e-dicto vetuit ne Homeri verſus aut caneren-

[b] Herod. Terpſich.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

nerentur aut legerentur, quod paſſim Argos & Argivos deprædicent; prudenter ſecum animo reputans, quantum turbandis ſubditorum animis, etiam cum regni periculo, faceret poëma, dictantibus quaſi facundiæ Gratiis conditum. Romani quoque cum inter omnia ſollicitandæ per inteſtinos motus Reip. inſtrumenta nullum deprehenderent aptius, quàm ſi per editos libros diſſeminaretur ſeditionis materia, & res novas molientibus tacitum ſic admoveretur calcar, voluerunt Ædiles & Triumviros Capitales operam dare, ne quieti publicæ ex illis noxa crearetur. Punico bello ſecundo cum mali fatidicorum libri novis ſacris licentiam feciſſent, ſcribit Livius lib. 25. *Incuſati graviter ab Senatu Ædiles Triumviriq; Capitales quod non prohiberent.* Atq; hic apud Tacitum locus Triumviros, alius apud eundem deſignat Ædiles 4. Ann. *Libros Cremutii Cordi per Ædiles cremandos cenſuere Patres.* Deſtinatus autem iſti rei locus erat in Comitio parte fori Romani. Liv. lib. 40. *Libri Numæ de jure Pontificio in Comitio igne à victimariis facto in conſpectu populi cremati ſunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Sapientiæ Profeſſoribus] Suetonius
omitiano cap. 10. [c] *Iunium Ruſti-*
um(interemit Domitianus) *quod Pæti*
raſeæ, & [d] Helvidii Priſci laudes
idiſſet, appellaretque eos ſanctiſſimos
iros, cujus criminis occaſione Philoſo-
os omnes urbe Italiaque ſummovit.
ilpitia iſtius temporis poëtria:

Nunc igitur qui res Romanas imperat
inter
Et ſtudia, & ſapiens hominum no-
menque genuſque
Omnia abire foras atque urbe excede-
re juſſit.

iphilinus: Ῥούστικον Ἀρουλῖνον ἀπέκτεινεν
ι ἐφιλοσόφει, καὶ ὅτι τὸν Θρασέαν ἱερὸν ὠνό-
μαζε. καὶ Ἐρέννιον Σενεκίωνα ὅτι τοῦ Πρίσκου
Ἑλουιδίου τὸν βίον συνέγραψεν. ἄλλοι τε
τῆς αὐτῆς ταύτης κατὰ φιλοσοφίαν αἰτίας
χνοὶ διώλοντο, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἐξη-
λάθησαν αὖθις ἐκ τῆς Ῥώμης. id eſt: *Nero*
rulenum Ruſticum interemit, quod
eram daret Philoſophiæ, & Thraſeam
pellaret virum ſanctum. è medio
ioq; ſuſtulit Herennium Senecionem,
iod literis mandâſſet vitam Helvidii
riſci. Plures inſuper alios perdidit
em Philoſophiæ ſtudium; & quotquot
ud profitebantur Vrbe pulſi.

Per

[c] Arulenus Ruſticus in Tac.

[d] Ex Taciti ſententia non Helvidii Priſci ſed Thraſeæ ſolius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Per quindecim annos) hoc eni temporis ambitu definitur Domitia Imperium.

Memoriam prioris ſervitutis] p hanc ſervitutis memoriam intelligi niſi fallor, hiſtoriarum libros. Per *t* *ſtimonium præſentium bonorum*, vol men animô deſignatum,ſcribendis Ne væ & Trajani temporibus (ut hiſtori rum docet præfatio) ſed,ut ego quide ſentio, non perfectum.

Forum Iulium] urbs in littore Na bonenſi ſita, Maſſilia diſtans 75. milli ribus,ex Strabonis lib.4.ſententiâ. Fu runt ejuſdem nominis aliæ, ſed inf hujus celebritatem. Vt nunc ſe habe deſcribit optime (ut & alia omnia) ex mius Galliæ Cancellarius Michaël Ho ſpitalius epiſt. lib.5.

Inde forum Iulî parvam nunc ven
mus urbem.
Apparent veteris veſtigia magn
theatri;
Ingentes arcus, & thermæ, & duct
aquarum;
Apparet moles antiqui diruta portu
Atque ubi portus erat, ſiccum nun
littus & horti.

Iulius Græcinus] Seneca de bene

lil

lib.2. *Si exemplo magni animi opus eſt, utemur Græcini Iulii viri egregii, quem C. Cæſar occidit ob hoc unum, quod melior vir eſſet, quàm eſſe quemquam Tyranno expediret.*

Græcinus] arbitror eſſe eundem, cujus authoritate ſæpius utitur Columella in libris de Re Ruſtica.

Maſſilia] Strabo lib.4. ἐν τῷ παρόντι καὶ τοὺς γνωριμωτάτους Ῥωμαίων πέπεικεν ἡ Μασσαλία ἀντὶ τῆς εἰς Ἀθήνας ἀποδημίας ἐκεῖσε φοιτᾶν φιλομαθεῖς ὄντας. id eſt: *hoc tempore Romana nobilitas literarum ſtudioſa Maſſiliam ſe confert, ante ſolita ſe conferre Athenas.* Alibi idem tribuit Maſſilienſibus laudem τῆς λιτότητος τῶν βίων καὶ τῆς σωφροσύνης. id eſt: *temperantiæ & modeſtiæ.*

Incenſæ Coloniæ] Camalodunum & Verulamium. Sed ultimum hoc erat municipium, non colonia, ſi voces ſtricte ſumimus.

Invicem ſe anteponendo] aut ex alio, quem verba Latina patiuntur, ſenſu, ſed nonnihil infuſcato; *ſe invicem anteponendo*, eximia utrinque probitate, *niſi quod in bona uxore tanto major laus, quanto in mala plus culpæ eſt.*

Inertia pro ſapientia fuit] Tacit. 1.

O hiſt.

hiſt. de Galba & iiſdem agens temporibus, *Claritas natalium & metus temporum obtentui, ut quod ſegnitia erat, ſapientia vocaretur.*

Nec enim Iuriſdictio obvenerat] id eſt, nec prætor Vrbanus nec Peregrinus erat; quæ duo rerum civilium munia erant, juriſdictionis propriè vocabulo comprehendi ſolita. Alia vindicabat ſibi criminalis cognitio, ut de Ambitu, Repetundis, falſo, veneficiis, &c. diſtinctoque quæſtiones nomine vocantur, quibus ſub Imperatoribus vacabat præfectus Vrbis potius, quàm ſuus prætor, cui iſto tempore tantùm umbra nominis reſtabat ſine re.

Ludos & inania] per Ludos & oblectamenta ſtudere populari gratiæ videtur proprium fuiſſe Ædilium; tranſiitque poſtmodum conſuetudo ad omnes pene magiſtratus, ut Quæſtores, Prætores, Conſules, &c. de Prætoribus dubitare non patitur Plutarchi locus in illis Caſſii ad Brutum verbis; παρὰ μὲν τῶν ἄλλων στρατηγῶν ἐπιδόσεις, καὶ θέατρα, καὶ μονομάχους, παρὰ σοῦ δὲ τὴν κατάλυσιν τῆς τυραννίδος ἀπαιτοῦνται. id eſt: *Ab aliis quidem Prætoribus exſpectat populus donaria, ludos, gladiatores, ſed à te rem majoris momenti.* Claſ-

Claſſis Othoniana] Extant hæc quæ Tacitus deſignat 2. hiſt.

Inter Patritios aſcivit] Ex præcipuis Reip. Romanæ diviſionibus hæc erat, qua diſpeſcebatur in *Patres*, *Patritios*, *& plebejos*. Patritios omnes Romulus, narrante Liviô, in Senatum & Publicum Conſilium cooptaverat. Dionyſius verò ex Patritiis vult Senatores electos. Hoſtilius cum Albam transferret Romam, *Principes Albanorum in Patres, ut ea quoque pars Reip. creſceret, legit, Iulios, Servilios, Quinctios, Geganios, Curatios, Clœlios.* Poſt quem Tarquinius Priſcus, *non minus regni ſui firmandi, quàm augendæ Reip. memor, centum in Patres legit, qui deinde minorum gentium ſunt appellati.* Livius lib. 1. ejectis deinde Regibus, *quo plus virium in Senatu frequentia etiam ordinis faceret, cædibus Regis deminutum Patrum numerum, primoribus equeſtris gradus lectis, ad trecentorum ſummam explevit Brutus.* Liv. lib. 2. Quinquennio poſt, Appius Claudius cum ſua factione ex Sabinis Romam profugus, *inter Patres lectus* eſt; ultimus, quantum ex lectione recordor, quem libera Reſp. patritiatus honore dignata eſt.

Cæſares longo poſt tempore, exoleſcentem morem revocârunt ſimiles ob cauſas, vel ut amicis gratificarentur. *Iulius* (Sueton. c.41.) *Senatum ſupplevit, Patritios allegit.* Tum Auguſtus τό, τε τῶν εὐπατριδῶν γένος συνεπλήθυσε, τῆς βουλῆς οἰδῆθεν ἐπιτρεψάσης τοῦτο ποιῆσαι, ἐπειδὴ τό, τε πλεῖστον ἀπολώλει σφῶν. οὐδὲν γὰρ οὕτως ὡς τὸ γενναῖον ἐμφυλίοις πολέμοις ἀναλίσκεται. id eſt : *permittente Senatu, ut præſe ferebat, ſupplevit Patritiorum numerum, quorum maxima pars perierat, cum nulli bellis civilibus magis abſumantur quàm antiqua nobilitas.* Dio. lib. 52. Et Claudius. *Iiſdem diebus in numerum Patritiorum adſcivit Cæſar (Claudius) vetuſtiſſimum quemque è Senatu, aut quibus clari parentes fuerant, paucis jam reliquis familiarum, quas Romulus majorum, & L. Brutus minorum gentium appellaverat, exhauſtis etiam quas Dictator Cæſar lege Caſſia, & Princeps Auguſtus lege Senia ſublegêre.* Tac. 11. Annal. Tandem, Veſpaſianus, ut fidem facit hic locus, poſt quem ſubrogationis ſimilis nulla deprehendo veſtigia. Solum invenio excogitatum Conſtantino Magno novum dignitatis genus,

genus, ſub priſco quidem Patritiatus titulo, ſed quod honores Præfecti Prætorio excederet. Zoſimus, Ὀπτᾶτος παρὰ Κωνσταντίνου τῆς ἀξίας τετυχήκει τοῦ Πατρικίου, πρώτου ταύτην ἐπινοήσαντος τὴν τιμὴν καὶ προηγεῖσθαι τοὺς ταύτης ἠξιωμένους τῶν τῆς αὐλῆς ἐπάρχων νομοθετήσαντος. id eſt: *Optatus obtinuerat Patritiatus dignitatem Conſtantini beneficio, qui honoris id commentus erat, eiq; ſupra Præfectum Prætorio conceſſit loci prærogativam.* lib. 2. Et crebra Patritiorum in hunc ſenſum mentio ſub poſterioribus Imperatoribus.


Inter Togatos] Aquitania enim tum pacata erat Provincia, & belli expers nec militibus inſeſſa.


Adjecto Pontificatus ſacerdotio] omnia Sacerdotum collegia, quorum ingens Romæ turba, illud Pontificum anteibat dignitate, quatuor conſtans viris, quibus mox ſimilis numeri data acceſſio, poſtmodum etiam ſub Sylla auctis. Succeſſoris electio penes ipſos fuit, quandoque penes populum, tandem penes Principem. Collegio iſti præerat Pontifex Maximus, ſtabilita in ipſis Cæſaribus dignitas jam à Iulii uſque temporibus, in quo Imperium &

Pontificatus primum coaluerant per mutationum vices, more in Chriſtianos Cæſares propagatô, donec cum habitu ſacro ipſum quoque nomen Gratianus rejecit. Zoſimus lib. 4. προσαγαγόντων αὐτῷ τῶν ποντιφίκων κατὰ τὸ συνηθὲς τὴν ἱερατικὴν στολὴν, ἀπεσείσατο τὴν αἴτησιν, ἀθέμιτον εἶναι τῷ χριστιανῷ τὸ σχῆμα νομίσας. id eſt: *cum Pontifices ad ipſum ex more deferrent uſitatam Pontificibus veſtem, renuit, Chriſtiano indignum ratus ea indui.* Poſtea Theodoſius, ut idem Zoſimus & Symmachus author eſt, collegium illud Pontificum diſſolvit, neque alios ſacerdotes ſupereſſe paſſus eſt, in fiſcum redactis eorum bonis. Nomen Pontificis ſcribit. Varro lib. 4. de Ling. Lat. deductum eſſe à ponte, *nam ab iis Sublicius eſt factus primum, & reſtitutus ſæpe.* Zoſimus derivat à priſca apud Theſſalos conſuetudine ubi, templis nondum exſtructis, imagines Deorum locabantur in ponte fluminis Penei, Sacerdoteſque dicebantur γεφυραῖοι.

Oblongæ ſcutulæ vel bipenni aſſimilavere] ſcutula, hic uſurpata Tacito & Martial. lib. 11. Epigram. 32. & ſcutella Tullio, notat paropſidem, vulgo

menſis adhiberi ſolitam quâ inferantur fercula, & ſcutella eſt ἑτερομήκης quadrilatero oblongo apud Cenſorinum cap. 18. comparata, cujus hæc eſt apud Euclidem definitio (Cenſorini enim locus corruptus eſt) τετράπλευρον ὃ ὀρθογώνιον μὲν ἐστὶν, οὐκ ἰσόπλευρον δὲ. id eſt: *figura quadrilatera rectangula, ſed lateribus inæqualibus*, qualem exhibet litera A. quanquam hic Taciti locus oſtendere videatur, non omnes ſcutulas fuiſſe ἑτερομήκεις, ſed aliâ nonnullas figurâ.. Addit enim *oblongæ*, limitatâ vocabuli generalioris ſignificatione. *Bipennis*, ait Quintilian. Inſtitut. Orator. lib. 1. *Securis utrinque habens aciem, à pinna quod eſt acutum.* Iam verò deſcripta hic Britanniæ pars quam habeat cum ſecuri aut cuneo, aut alterutro, (cum tamen ex Geometriæ placitis duo uni tertio proportionalia, etiam inter ſe talia eſſe deberent) conformitatem, quia diſpicere nequeo, aliis libenter illud examen defero. Vnum id re doctus animadverti multis Scriptoribus malè ceſſiſſe ejuſmodi ſimilitudinum commenta.





Strabo [e] notam Orbis partem chlamydi [f] comparat. Dionyſius Afer fundæ [g] (miro ſcilicet paritatis conſenſu) & uterque Hiſpaniam bovis tergori; Rutilius Numatianus Italiam frondi quernæ; idem Dionyſius Africam & Europam [h] cono Iſoſceli; Peloponneſum Πλατάνοιο μυουρίζοντι πετήλῳ. id eſt: *Platani folio muris caudam referenti.*

Inſulam eſſe] Xiphil. Tito. πρῶτός γε Ῥωμαίων ὁ ἡμεῖς ἴσμεν (agit autem de Agricola) ἔγνω τοῦθ' ὅτι ἡ Βρεττανία περιρρυτός ἐστι. id eſt: *Agricola Romanorum primus, quantum nobis quidem conſtat, Britanniam eſſe inſulam comperit.* Dio paulò largius lib. 39. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου πρότερον τὸ ἐπ' Ἀγρικόλα ἀντιστρατήγου καὶ νῦν ἐπὶ Σεβήρου αὐτοκράτορος νῆσος οὖσα σαφῶς ἐλήλεγκται. id eſt: *Progreſſu temporis primum ſub Agricola Proprætore, & nunc ſub Severo Imperatore innotuit inſulam eſſe.*

Quas Orcadas vocant] Oroſius l. 7. cap. 6. devictas Orcadas falsò tribuit Claudio. *Orcades etiam inſulas ultra Britanniam in Oceano poſitas Romano adjecit Imperio*, ſed antea cognitas fuiſſe Mela, qui ſcripſit temporibus Claudii, docet, tradito earum numero. l. 3.

Trigin-

[e] Ariſtoteles 2. meteorl. tympano. καὶ οὔσης οἷον τυμπάνου. τοιοῦτον γὰρ σχῆμα τῆς γῆς.

[f] Χλαμυδοειδής.

[g] Σφενδόνῃ ἐοικυῖα.

[h] Verſu 277.

Triginta ſunt Orcades anguſtis inter ſe diductæ ſpatiis.

Caledonia] Scotiæ pars Septentrionalis, nunc *Albania.*

Colorati vultus] aut nigri & fuſci. Neque enim intelligi ab eo puto vultus pictos, quos Cæſar memorat 5. comm. *Omnes verò ſe Britanni luteo inficiunt, quod cæruleum efficit colorem.* Illud enim omnibus commune, hoc Siluribus proprium. Neque tale quippiam Hiſpanis uſitatum reperio.

Silures] Walli Auſtrales & Cornewalli, ut ex hac Taciti deſcriptione patet.

Aſpici per noctem ſolis fulgorem] mirum quomodo nox eſſe potuerit conſpicuo adhuc ſole. Sed indulgendum aliquid viro artis ſuæ fines egreſſo. Nam quod addit, *non occidere & exſurgere, ſed tranſire*, verum eſt tempore æſtatis ſub climate περισκίους complexo. Sed nulla Britanniæ pars eouſque ſe porrigit.

Scilicet extrema & plana terrarum] locus, me quidem judice, fatigaturus lectoris ingenium ut aut bene intelligatur, aut ſaltem commodam admittat interpretationem. Verba enim hunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſenſum præferre videntur, ſi extrema terrarum plana eſſent, nullam ideo aut brevem fore noctem; quaſi innuat, noctеſcere demum, cum Sol infra extantes montes, aut alia ſubſidens obſtacula, refugam condit lucem; Aut quamvis in medio globoſa tellus intumeſceret, tamen verſus polos plana decurreret. Conceptus ſanè tanto viro indigni. Et tamen quæ in textu ſequuntur *infra cœlum & ſidera nox cadit*, per noctem (ſi conjecturæ meæ ſtatur) nihil aliud deſignant quàm umbram terræ, quaſi ex intimâ artis cognitione; & humilioris umbræ projectio noctes cauſatur contractiores. Sed humilitas non à montibus aut planitie eſt, ſed quia in hiſce, quæ polos propius reſpiciunt, regionibus tempore æſtatis Sol maximam decurſus ſui partem ſupra terram abſolvit, & quoties regreditur ex inclinatione circuli in Horizontem, non deſcendit directe, ſed oblique tranſit quaſi Horizontem ſuum raderet. Et tamen quaſi hic tradidiſſet reconditæ quidpiam artis Tacitus & admiratione dignum, inventus eſt ex Panegyricis, qui doctrinæ quaſi arcanum uſu faceret ſuum, ipſis hinc verbis in orationem tranſcriptis.

Gignit

Gignit & Oceanus margaritas] Marcellus l.23. *Apud Indos & Perſas margaritæ reperiuntur in teſtis marinis robuſtis & candidis, permixtione roris anni tempore præſtituto conceptæ. Cupientes enim velut coitum quendam humoris, ex lunari aſpergine capiunt denſius oſcitando. Exindeque gravidæ edunt minutas binas aut ternas, vel uniones ſic appellatas quod ejus terræ conchulæ ſingulas aliquoties pariunt, ſed majores. Idque indicium eſt ætherea potius derivatione quàm ſaginis pelagi hos oriri fœtus & veſci, quod guttæ matutini roris iiſdem infuſi claros efficiunt lapillos & teretes: veſpertini verò, fluxuoſos contra & rutilos, & maculoſos interdum. Minima autem vel magna pro qualitate hauſtuum figurantur caſibus variatis. Concuſſæ verò ſæpiſſimè metu fulgurum inareſcunt, aut debilia pariunt, aut certe vitiis defluunt abortivis. Capturas autem difficiles & periculoſas, & amplitudinis pretiorum illa efficit ratio, quod frequentari ſuetæ littora propter piſcantium inſidias declinantes, ut quidam conjiciunt, circa devios ſcopulos & marinorum canum receptacula deliteſcunt. Quod genus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

gemmæ etiam in Britannici ſeceſſibus maris gigni legique licet dignitate diſpari, non ignoramus. Neque ab hac ſententia Plinius recedit lib. 9. cap. 35. *In Britannia parvos atq; decolores uniones naſci certum eſt*; cum tamen gemmam commendent *candor, magnitudo, orbis, lævor, pondus*. Sed Britannicarum gemmarum, qualeſcunque illæ tandem, ſpes, referente Suetonio cap. 47, Iulium primò in Britanniam invitavit, *qui ex iis contextum thoracem Veneri Genetrici conſecravit*. Plin.

Conſilium id Divus Auguſtus vocabat] ut naturale corpus, ſi conſueto exilius ſit, imperfectionem arguit, excedens juſtam magnitudinem molis inhabilitatem prodit; ſic in politico corpore utrumque extremum, eſt invalidum neque adverſus vim commodè firmatur; quanquam fortaſſis in utroque πολυήθωρεια minus periculoſa, quam ἔνδεια. Auguſtus providè ſuo tempore hoſce metus librans, cum tam vaſtè pateret Romanum Imperium, *ut jam mole laboraret ſua*, inquit Livius, immoderatas vincendi ſpes evagari ulterius paſſus non eſt. qua de re, tanquam ex prudentiæ inſtituto geſtâ, Iulianus in Cæſaribus

ſuis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſuis Auguſtum ſic diſſerentē introducit, οὕτω διεθέμην τὰ περὶ αὐτήν, ὥστε εἶναι δι' ὑμᾶς, ὦ θεοί, τὸ λοιπὸν ἀδαμαντίνην. οὐ γὰρ ταῖς ἀμέτροις ἐπιθυμίαις εἴκων, ἐπικτᾶσθαι πάντως αὐτῇ διενοήθην, ὅρια δὲ διττὰ ὥσπερ ὑπὸ τῆς φύσεως ἀποδεδομένα Ἴστρον καὶ Εὐφράτην ποταμοὺς ἐθέμην. εἶτα ὑποτάξας τὸ Σκυθῶν καὶ Θρακῶν ἔθνος, ἐπιμετρούντων ὑμῶν τῆς βασιλείας μοι τὸν χρόνον, οὐ πόλεμον ἄλλον ἐξ ἄλλου περιεσκόπουν &c. *Imperii ſtatum ſic compoſui, ut adamantis inſtar ſolidus hoſtiles incurſus non metueret. Neque enim indulſi modum omnem neſcienti deſiderio plura habendi, ſed intra poſitos velut à Natura terminos, Danubium & Euphratem, contentus ſubſtiti. Deinde Diis regni mei tempus prorogantibus ad alia me converti; quibus peractis bellum ex bello ſerere nolui.* Poſt mortem Auguſti libellus proferebatur propriâ ejus manu ſcriptus, in quo, ut Tacitus ſcribit 1. Ann. *opes publicæ continebantur, quantum civium ſociorumque in armis, quot claſſes, regna, provinciæ, tributa aut vectigalia & neceſſitates ac largitiones, addideratque inſuper Conſilium*, inquit in eadem materia uſurpatis iiſdem verbis, *coërcendi intra ter-*

minos imperii, incertum metu an per invidiam. Dio lib. 56. γνώμην τε αὐτοῖς ἔδωκε, τοῖς τε παροῦσι ἀρκεσθῆναι, καὶ μηδαμῶς ἐπὶ πλεῖον τὴν ἀρχὴν ἐπαυξῆσαι ἐθελῆσαι. δυσφύλακτόν τε γὰρ αὐτὴν ἔσεσθαι, καὶ κινδυνεύσειν ἐκ τούτου καὶ τὰ ὄντα ἀπολέσαι ἔφη. τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς ὄντως ἀεί ποτε οὐ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἐτήρησε παρὸν γοῦν αὐτῷ πολλὰ ἐκ τοῦ βαρβαρικοῦ προσκτήσασθαι, οὐκ ἠθέλησε. id eſt: *Conſulebat ut præſentibus contenti laxiores regni fines non appeterent, qui & difficulter ſervarentur, & in periculum adducerent quæ jam poſſiderent. Neque verbis id tantùm oſtentabat, ſed & re comprobavit, etiam rejectis quæ velut in manu erant, è barbara gente victoriis.*

Divus Claudius auctor operis] qui à Berico ex Britannia fugitivo requiſiſitus, Plautium præmittebat; de cujus & Claudii in Britannia rebus geſtis legatur Dio lib.40.ubi & Veſpaſiani facta mentio.

Oſtorius Scapula] Tac.12. Ann.

Veteranorum Colonia] Camalodunum. 12. Ann.

Veteri & recepta jam P.Romani conſuetudine] Perſeus in legatione ſua ad Eume-

Eumenem queritur, *Pop. Rom. Regum viribus reges oppugnare. Attalo adjutore patrem ſuum oppreſſum: Eumene adjuvante, & quadam ex parte Philippo patre ſuo, Antiochum oppugnatum: in ſe nunc Eumenem & Pruſiam armatos eſſe.* Liv. lib. 44.

Didius Gallus] Tac. 12. Annal. ubi A. Didius vocatur.

Veranius] Tac. 14. Annal.

Suetonius Paullinus] res illæ quomodo geſtæ lege Tacit. 14. Annal. ubi lenius exequitur.

Mona] Angleſey.

Sic Germanias excuſſiſſe jugum] in prælio adverſus Quintilium Varum.

Voadica] 14. Annal. ſcribitur autem ejus nomen Boodicia & Boudicea in Xiphilini libris Βουδουίκα.

Petronius Turpilianus] Tacit. 14. Annal.

Trebellius] Tacit. 1. hiſtor.

Vectius Bolanus] Tac. 2. hiſt.

Brigantum partem] Comitatus Eboracenſis & Lancaſtriæ, Weſtmerlandia, Cumberlandia, & Epiſcopatus Dunelmenſis.

Media jam æſtate tranſgreſſus] Agricola Britanniam adiit, ut colligere datur

tur ex iis quæ per hunc librum adſpergit author, illo qui Veſpaſiani mortem præceſſit anno, rediitque circa quintum aut ſextum annum Domitiani; cujus res in Britannia geſtas, præter Tacitum, Xiphilinus Tito cum elogio deſcribit & alii.

Ordovices] Septentrionalis Wallia.

Ne laureatis quidem geſta proſecutus eſt] quæ frequenti in uſu ſi nuncianda forent victoriæ inſignioris proſpera, ut ex Livio diſcimus in principio libri 45. & ex Ammiano Marcellino l. 16.

Emere ultro frumenta] Romani præter tributum, devictis à ſe provinciis, ſaltem ubi id ferebat ſoli ratio, conferendam frumenti partem impoſuerunt, plerumq; decimam. Præter hanc, & alia pars Legato præſidiarioque Provinciæ militi cedebat, & aliis in ſimilem finem; pretiô quod æquum videretur. Qui rei frumentariæ negotio & annonariis functionibus præerant, interdum & quorum aliqua in militaribus autoritas in collectione inſolenter ſe gerebant iniquiſſimis graſſati concuſſionibus & exactionibus, ut fusè Tullius oſtendit quinta in Verrem. videntur Romani quicquid in Britannia frumen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

naſceretur maxima parte ſuum feciſ-
, & inſtituto ejus monopolio coëgiſ-
miſeros incolas ad redemptionem
ianto libuiſſet pretiô ; injecto inſuper
nere militis alendi , aut conſimili , ut
lius iterum diſtraherent. Præterea illi
enes quos cura erat ſubvehendi ſpeci-
annonarias ex. gr. Cantuariâ Lon-
num , currus Carlilam uſque deſtinâſ-
nt,à dominis exacto quanti eſſet quod
vectionibus vacâſſent.Expediri tamen
la potuiſſent indigenis non ita vexa-
s , ſed minore præfectorum compen-
io. Iſta aut paria incommoda hoc lo-
o notantur , ut mihi quidem rem de-
riptam capere videor , cedere paratus
orum, quos uſus hîc ſagaciores reddi-
it, judicio.

Ipſe prætentare] non eſt quod ab er-
ore Agricolam vindicet utpote Lega-
um. Sed tanto turpior,neque ullo mo-
o excuſanda Taciti ignorantia eſt, qui
lud in aliqua laudis parte ponit. δεῖ γὰρ
ν καιρ. τὴν ἀπειρίαν, ὡς ἡ παροιμία φη-
ὶν, οὐκ ἐν τῷ στρατηγῷ γίγνεσθαι. ait Po-
bius lib. 10. ubi ſimile quid tractat.

Vſque ad Taum] Tuedam,ut alii pu-
ant.

Glota] æſtuarium Dunbrettoniæ.

Bodo-

Bodotria] æſtuarium Edimburgi.

Noſtri maris inſulas ſuperat] Intelligit mediterraneum, & quæ in eo inſulæ, ut Siciliam &c.

Grampius] nunc vocatus Grantzbaine.

Brigantes fœmina duce] Voadica, quam Tacitus ipſe uxorem vult Regis *Icenorum*, populi in Norfolkia & non *Brigantum*. 14. Annal.

Et majores veſtros & poſteros cogitate] majores qui felici libertate fruebantur; poſteros, quos ignavia noſtra damnabit perpetuæ ſervitutis & miſerrimæ ignominiâ.

Octavus annus eſt] Et tamen ſeptimus tantum annus muneris ſui agebatur, ut præcedentia probant.

Imponite quinquaginta annis magnum diem] à primo, quo Claudius Britanniam ingreſſus eſt, die in quartum aut quintum duntaxat, ſupra quadrageſimum annum tempus excurrere videtur.

Covinarius & eques] Mela lib. 3. cap. 6. *Dimicant Britanni non equitatu modò aut pedite, verùm & bigis & curribus gallice armati, covinos vocant, quorum falcatis axibus utuntur.*

Apud

pud Cæſarem & Tullium vocantur
ſedarii.

Cæſa hoſtium decem millia] Tacitus
ro numerum exprimit; inſuper & ipſe
Salluſtius, teſtante Oroſio, in hiſto-
 id damnant. Sed *profeſſione pietatis*
cuſandus eſt, ſi in propriam legem
ccaverit.

Horeſtorum fines] nunc Anguſe, ut
idam volunt.

Trutulenſis portus] Alii legunt Ru-
penſis; quem putant eſſe Richobur-
um circa Sandovicum.

Falſum è Germania triumphum.]
iph. Domitian. ἐκστρατεύσας δὲ εἰς τὴν
ερμανίαν, καὶ μηδ᾽ ἑωρακώς που πόλεμον
ανῆκε. Τί γὰρ δεῖ καὶ λέγειν ὡς διὰ τοῦτο
ἐκείνῳ τότε καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ὁμοίοις
τῷ αὐτοκράτορσιν ἀεὶ ἐδόθη, ἵνα μὴ
ροσυποπτεύοντες ἔκ τε τῆς ὀλιγότητος καὶ
 τῆς σμικρότητος τῶν τιμῶν ἐλέγχεσθαι, χα-
παίνωσι. id eſt: *poſtquam ſuſcepiſſet in
ermaniam expeditionem rediit, ne vi-
quidem hoſte. Et quid narrem qui-
s honoribus ob eam cauſam affectus
poſtque eum alii Imperatores ei ſimi-
, ne ſuſpectantes vilius ſua cenſeri ob
iguos qui haberentur honores, indi-
arentur.* Paria ſunt quæ Suetonius re-

fert

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

fert de Cajo cap.47. *Converſus hinc a*
curam triumphi, præter captivos &
transfugas barbaros, Galliarum qu
que proceriſſimum quemque, & ut ip
dicebat ἀξιωθριάμβευτον, ac nonnullo
ex principibus legit ac ſepoſuit ad pom
pam, coëgitque non tantùm rutilare, a
ſubmittere comam, ſed & ſermone
Germanicum addiſcere, & nomina bar
barica ferre.

Illuſtris ſtatuæ honorem] 1. hiſtor
triumphalis ſtatuæ.

Ac peſſimum inimicorum genus, lau
dantes] laudando & commendando no
xam alicui poſſe creare favoremq; præ
ripere, etſi prima fronte abſonum ſibic
repugnans videatur, fieri tamen poſſ
exemplis obviis docemur, vias faciles
& per diverſa huc tendentes monſtran
tibus. Ex. gr. Principi aliquem laudar
ob ea, in quibus aut ratione dignitati
excellere debebat ipſe Princeps aut ex
cellendi conatum oſtentat ex quocunq
tandem impetu, præſertim ſi eatenus ſ
minorem ſentiat; perniciofiſſimæ calli-
ditatis artificium eſt maximè expedi-
tum, quod loco ſuo dejiciat homines
gratiâ Principum validos. An naſcendi
ſorte obtingat nobis quicquid eſt iſtius
indo-

dolis, neſcio, perſuaſus omnino haud
vere quemquam omnis ſic virtutis in-
nem, quin aliquâ ingenii, ubi in hoc
it illud ſe intenderit, prærogativâ plu-
s poſt ſe relinquat. Quicunque ergo
tos inclinantis ſic Naturæ motus in
rincipe ſuo deprehendere, in rem ſu-
n vertere, ubi depoſcet occaſio, no-
t, parata illi ſemper nocendi materi-
qui notaverit & quibus oblectentur,
in quibus ſibi placeant, æque expedi-
alteri periculum creaverit apud bo-
um Principem, ac ſi rimaretur [i] me-
ts apud malum. Si enim quælibet ri-
ilitas, deque primo loco certans am-
itus, etiam inter privatos ſimultates
ignit mutuiſque odiis committit, quid
rmidet ſubditus à Principe (cujus a-
imus corpore mollior leviſſimas ex
uacunque tandem offenſione impreſ-
ones accipit alteque demittit) in tanta
ocendi licentia, niſi certiſſimum exci-
ium, ubi ſpecioſo nomine culpam,
rætexere dabitur? Dionyſius Senior [k],
mabili deluſus inſaniâ, cum vergenti-
bus

i metus principis rimari, ut Tigellinus fecit apud Neronem vide Tacit. 4. Annal.

k Diodorus l. 15. ἐκαυχᾶτο πολὺ μᾶλλον ἐπὶ τοῖς
οιήμασιν ἢ τοῖς ἐν πολέμῳ κατορθώμασι. τῶν δὲ συνόντων
ντων ποιητῶν Φιλόξενος ὁ διθυραμβοποιός, μέγιστον ἔχων
ξίωμα κατὰ τὴν κατασκευὴν τοῦ ἰδίου ποιήματος, κατὰ τὸ
μπόσιον ἀναγνωσθέντων τῶν τοῦ τυράννου ποιημάτων μο-
θηρῶν ὄντων, ἐπερωτήθη περὶ τῶν ποιημάτων τίνα κρίσιν

ἔχοι, ἀποκριναμένου δὲ αὐτοῦ παῤῥησιωδέστερον, ὁ μὲν τύραννος προσκόψας τοῖς ῥηθεῖσι, καὶ καταμεμψάμενος ὅτι διὰ φθόνον ἐβλασφήμησε, προσέταξε τοῖς ὑπηρέταις παραχρῆμα ἀπάγειν εἰς τὰς λατομίας. id eſt: *Dionyſius poëtica magis quàm bellica laude gloriabatur. Inter alios, qui aulam ejus frequentabant, poëtas Philoxenus erat, dithyramborum ſcriptor, magnæ famæ in eo genere carminis. ille, cum in menſa verſus tyranni legerentur, non boni, rogatus de iis ſententiam, cum liberiuſcule eam protuliſſet, offenſus tyrannus quaſi calumnia ex invidia petitus abripiendum hominem in lapidicinas* λατομίας *famulis præſentibus imperat.*

bus jam in ſenium annis famam Tragici poëtæ ſtrenue affectaret, Philoxenum poëtam odio habuit, carceri & tormentis addixit, quod luminibus ſuis officere putaret. [l] prima mali labes, quo poſtmodum Seneca concidit, fuit quod eloquentiæ laudem ſupra Neronem ſibi adſciſceret, & factitandis carminibus Principem ſupergredi conaretur, poſtquam Neroni amor eorum veniſſet. Vltimis imperii annis ad cantus & hiſtrioniam animum adjiciens, artes non imperatorias, [m] priſtino benevolentiæ ſuæ loco Paridem depulit hiſtrionem, quem poſtea tanquam æmulum occidit. Poppæa quoque Sabina apud Neronem laudans virtutes Othonis, quamvis non hoc intenderet [n], improvidè tamen Principi ſuſpectum reddidit. Neque mihi

[l] *Objiciebant etiam eloquentiæ laudem una ſibi aſciſcere, & carmina crebrius factitare, poſtquam Neroni amor eorum veniſſet.* Tac.

[m] Suet. Neron. c. 54.

[n] Tacit. 13. Annal. *dejicitur familiaritate ſueta, poſt congreſſu & comitatu Otho, & poſtremo ne in urbe æmulatus ageret, provinciæ Luſitaniæ præficitur.*

placuerit quod ſe ex obſervatâ deco-
normâ feciſſe putat eximius noſtri
nporis poëta, qui coram Principe,
ra regnum ſuum æſtimante, ſi for-
â præ cæteris mortalibus venuſtâ cen-
etur, alium introducit fratris ſui am-
ioſum, etiam ſupra Principem, in
c quaſi pulchritudinis certamine præ-
nem. Res profectò ut concitandæ in-
iæ, ſic ex invidia periculis, prona. Sed
nquam altius penetrat, ferocius quo-
nocitura, commendatio, quàm ubi,
e commendaveris grata in vulgus
t & cum admiratione accipiuntur,
ſunt gloria militaris, magnanimitas,
itiæ adverſus vim & licentiam pro-
endæ ſtudium, ſplendor, aliæque he-
cæ virtutes, Principum propriæ, aut
em quæ illos reddunt ornatiſſimos.
que hæc cum ad omnes in univerſum
mines ſuo quodam modo ſpectent,
ncipum nullus tam compoſito men-
habitu eſt adverſus obrepentis aſtu-
nequitiam, ut non aliquando tacitis
ruentium inſidiis pateat. Sed nuſ-
m paratior & ſævior noxa eſt, quàm
Princeps, ut ante dictum, ex defe-
Naturæ inferiorem ſe ſentit. Vt
m *alienæ virtuti nemo invidet qui*
confi-

confidit ſuæ, ſic invidet ac ſiniſtrorſum omnia trahit maxime quem imbecillitatis conſcientia remordet. Veſpaſianus ° & celebrium Principum alii, velu domeſtico virtutum ſuarum teſtimoni animoſi, facile contemptu transmiſiſ ſent, ſi quis ex.gr. Imperatoriam gene ſin habuiſſe diceretur, imo ſe conſpicuo magis dignum loco cenſuiſſet, addito per riſum & jocum, memorem ſe quan doque futurum, cum apud Domitianun tamen, obſcurum & timidum Principem, quod nequitiæ ſuæ convictus ſib teneretur, nihil facilius fuerit quàm lau dando Agricolæ virtutes eum, qua va luerat gratia, dejectum in diſcrime adducere. Similis in aula Conſtantii fui Iuliani fortuna, in quo cum nihil occur reret quod juſtè ei impingeret livor fin gendorum criminum faber, pari fallaciâ, commendatione ſcilicet virtutun coram Imperatore, ad quamlibet ſuſpi cionis & æmulationis auram mobili quod ſe ſibi inferiorem facile inhabilemque crederet, prævaluit, conflatô in caput illius odiô; ut fusè in panegyrico Mamercus enarrat. *Cum (Iuliani) ſan cti Principis mores atque inſtituta, falſarum vituperationum licentiam ſub*

move

° Sueton. Veſp. cap. 14. *ut ſuſpicione aliqua vel metu ad perniciem cujuſquam compelleretur, tantum abfuit ut monentibus amicis cavendum eſſe Metium Pompoſianũ, quod vulgo crederetur, geneſim habere Imperatoriam, inſuper Coſ. fecerit, ſpondens quandoq; beneficii memorem futurum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

moverent, callido nocendi artificio accuſatoriam diritatem laudum titulis peragebant, in omnibus conventiculis quaſi per benevolentiam illa jactantes, Iulianus Alamaniam domuit: Iulianus urbes Galliæ ex favillis & cineribus excitavit. Æſtates omnes in caſtris, hiemes in Tribunalibus degit: ita illi anni ſpatia diviſa ſunt, ut aut barbaros domitet, aut civibus jura reſtituat, perpetuum profeſſus aut contra hoſtem, aut contra vitia certamen. Hæ voces fuerunt ad inflammanda odia probris omnibus potentiores. Si enim comminiſci aliqua flagitia tentaſſent, facile ipſo ſplendore laudis & gloriæ refutarentur: invenerunt accuſandi genus quod nullus refelleret. Aliud nocendi genus iſtô laudandi artificiô, memorat Polybius. lib. 4. exemplo propoſitô cuiuſdam Senatoris Apellis nomine qui apud Philippum Macedoniæ regem, patrem Perſei, florebat gratiâ. Ille cum Taurionem Peloponneſi præfecturâ ſubmotum vellet, deſtinatô apud ſe ſucceſſore, inſtituit apud Principem Taurionis encomium, digniſſimi ſcilicet qui propius Auguſti obſequiis admoveretur. In aulam itaque evocari ſuadet, ma-

jore, in oculis Regis, gloriâ occupandum. Sic contexta inſidioſæ calliditatis fabrica illuſtri eum, & quod ſummo haud procul aberat, imperio exuit, inque parem cum multis locum redegit, infimos juxta expoſitum carpentium proterviæ. Homines, quos in ſublimi fortuna collocavit, aliquo modo ſimiles Lunæ fecit, quæ etſi mutuatitiis à ſole ignibus luceat, eoque ſæpius redeat novis fæcundanda influxibus, ab illo tamen recens congreſſu tenebricoſa mundo affulget, pleniuſque tum ſplendeſcit, cum remotior radios vibrat. Sed per inſecuta tempora contrarium priori exemplum in aulis Principum invaluit, ut ſpecie laudis in alium ſeponeretur locum, quiſquis domi excellere putaretur, quæſito prætextu operæ utilius apud exteros navandæ. Fertilis hæc nequitiæ materies in plures pullulat modos, ut ſi quis palam extollatur inani neque profutura laude (præterquam quod adverſarius periculi ab eo metuendi ſecurus reddatur) & inſuſurratis clam criminationibus impetatur, ubi certiſſimè nocere queat. *Manlius Valens*, inquit Tacit. 1. hiſt. *quanquam bene de partibus meritus, nullo apud Vitellium honore fuit:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

fuit: ſecretis eum criminationibus infamaverat Fabius ignarum &, quo incautior deciperetur, palam laudatum. Aut ſi in genere quis deprædicetur, ut in Principis credulo animo gignatur opinio quaſi amicus ſit qui laudetur, & ille interim accuſetur hujus aut illius, quod controverti poſſit; aut ſimilis ſtruatur dolus, promptiſſimô in hanc nequitiam geniô aulæ, quæ per novas ſemper artes fæcunda fallaciarum genitrix audit. Aſtipulante enim Polybio [p] nata ibi primùm iſta malignitas & nocendi protervia, neque ulterius progreſſa eſt.

Civica] Suet. Domitiano c. 10. *Complures Senatores, & in his aliquot Conſulares interemit, in quibus Civicam Cerealem in ipſo Aſiæ Proconſolatu.*

Ne quod vetuerat] ſcilicet adire Provinciam ſuam.

Ambitioſa morte] Helvidii inprimis & Thraſeæ, ut ego quidem explicandum reor; quem Martialis etiam epigrammate ad Decianum præcipue notat hiſce verbis:

[p] Εὕρηται δὲ μάλιστα καὶ προφῶτον τοιαύτη κακεντρεχεία καὶ βασκανία καὶ δόλος τὸ μὴ ψέγοντας ἀλλ' ἐπαινοῦντας λυμαίνεσθαι τοὺς πέλας, ἐκ τῆς περὶ τὰς αὐλὰς διατριβόντων, καὶ τῆς τούτων πρὸς ἀλλήλους ζηλοτυπίας καὶ πλεονεξίας. id eſt: *illud nequitiæ genus, invidiæ & doli, quod non accuſando ſed laudando in proximi perniciem graſſatur, natum ex eorum qui in aulis verſantur æmulatione inter ſe & invidia.* in fine lib. 4. hiſtor.

Quod magni Thraſeæ, conſummati-
que Catonis
Dogmata ſic ſequeris, ſalvus ut eſſe
velis,
Pectore nec nudo ſtrictos incurris in
enſes,
Quod feciſſe velim te, Deciane, fa-
cis.
Nolo virum, facili redimat qui ſan-
guine famam:
Hunc volo, laudari qui ſine morte
poteſt.

Securus jam odii] ob eas, quæ in Agricola elucebant, virtutes.

Sexto & quinquageſimo anno] ſtricte computum ſi ineas, quarto tantum ſupra quinquageſimum anno. Ab illo enim, quo Cajus Cæſar III. Conſ. fuit tempore uſq; in Collegæ & Priſci conſulatum, anni tantùm numerantur quinquaginta tres. Sed familiaris Tacito aliiſque hiſtoricis error eſt calculi pluſculum excurrentis.

Bonum virum facile crederes, magnum libenter] *& te Corneli Tacite bonum hiſtoricum facile credimus, bonum Oratorem crederemus libenter,* niſi hæc & alia iſtius notæ ex penu corruptæ eloquentiæ proderent infectum dicendi genus.

genus. *Fuit illi viro*, ſcribit Tacit. 13. Annal. de Seneca, ut nobis de ipſo judicare proclive eſt, *ingenium amœnum, & temporis illius auribus accommodatum*. Sed quo ſermone caperetur illud ævum, Aſiaticóne an Laconico, ſtatuere non poſſum. Sed certus ſum tuliſſe Sophiſticam eloquentiam, verborum laſciviis fractam & velut in rhythmos diffluentem, ſolidi ſenſus & rerum inopem, quas tamen tumor orationis velut mentiebatur. Talem Rhetoricam Græcia fovit Scholaſticâ declamandi conſuetudine ſub magiſtris, hominibus umbraticis, neque per humile depreſſumque ingenium luci rerum aſſuetis. Præivit huc Gorgias, ut pauca ejus, quæ extant, fidem faciunt; quem ſecutus eſt Iſocrates, & ab ejus incude alii. Sed illud ſpuriæ facundiæ genus ab iis rejectum, quibus ſanius de genuinô judicium erat. Sedem in Aſia, ubi ſubſiſteret, invenit & faciles quibus immigraret admittentium animos, donec vera Oratoria Remp. deſtituit, umbrâque ſui tantum in Scholarum exercitiis ſuperſtes, locum fecit priſcis eloquentiæ probris in uſum denuò emergentis. Inde poſt illa quæ ſolide elaborata dedit Demoſthe-

nes, Æſchines, Hyperides, delata ad nos inflati ſermonis pigmenta in Ariſtide, Philoſtrato, Dione Chryſoſtomo aliiſq; non tamen ſine eorum laude qui iſtis vitiis intacti perſtiterunt, quales Dionyſius, Lucianus & ſimiles. Veteres Romani delibato Græciæ flore, cum in ſummo conſiſteret ejus elegantia, vix exciderunt hic in vitium, niſi in iſtum gregem unus fortaſſe cogendus Hortenſius ſit; ut Cicero eum deſcribere videtur in Bruto. Sed ex illis, quos conſecuta deinde tempora tulerunt, quem non afflavit iſta ſermonis lues? cujus Seneca, Quintilianus, Plinius, Tacitus authores; propagati in panegyricos velut ſucceſſores, & tandem in ipſa Chriſtianæ religionis myſteria tranſlati per Cyprianum, Ambroſium, Auguſtinum, Bernardum &c. Ecce in Tacito affectationis hujus ſpecimen, 1. hiſtor. *Rara temporum felicitate ubi ſentire quæ velis, & quæ ſentias dicere licet. Inchoavere annum ſibi ultimum, Reip. prope ſupremum. Secundæ res acrioribus ſtimulis animum explorant, quia miſeriæ tolerantur, fœlicitate corrumpimur. Quatriduo Cæſar properata adoptione, ad hoc tantum majori fratri præla-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

prælatus ut prior occideretur. Et uno amne diſcretis connexum odium. Redieruntque in caſtra inviti neque innocentes. Nec illos priores & futuri principes terruere, quominus facerent ſcelus cujus ultor eſt quiſquis ſucceſſit. Quæque alia placamenta hoſtilis iræ non quidem in bello, ſed pro pace tendebantur. 2. hiſt. *Et Vitellius credidit de perfidia & fidem abſolvit.* 3. hiſt. *Arſerat & antea Capitolium, ſed fraude privata, nunc palam obſeſſum, palam incenſum.* Et plura hujus commatis alia.

Ac Principem Trajanum videre] per vaticinii, non colloquii modum. tempore enim Domitiani nulla ſe dabat iſtius ſucceſſionis ſpes.

Carus Metius] Carus & Meſſalina Domitiano inſtrumenta crudelitatis; ut & poſtmodum Maſſa. Plin. lib. 1. ep. 11. & 4. ep. 22. Iuvenal.

Iam tum reus erat] *de repetundis* agente Bætica Provincia, Senecione & Plinio accuſantibus, ut idem Plinius ſcribit l. 7. ep. 33.

Mauricus] pulſus in exilium à Domitiano, revocatus & reſtitutus ſub Nerva. Plin. lib. 4. ep. 22.

HENRICI SAVILII COMMENTARIVS DE MILITIA ROMANA.

Militia aut *terreſtris* aut *maritima* eſt. Illa apud Romanos vel *domeſtica* fuit, in urbe, vel *Extranea*, foris. Extraneam conſtituunt inprimis *legiones* & *Auxilia*; obvia Romanas hiſtorias legentibus diviſio. Livius lib. 8. *Pro exercitu, legionibus, auxiliis P. R. Legiones auxiliaque hoſtium mecum Diis manibus devoveo*; Tacito ſæpiſſime uſurpata. 1. hiſt. *Infecit ea tabes legionum quoque & auxiliorum motas jam mentes.* 13. Annal. *Copiæ Orientis ita dividuntur ut pars auxiliarium cum duabus legionibus apud Quadratum remaneret, par civium ſociorumque numerus Corbuloni eſſet.* Hic *Legiones & Auxilia* poſt explicantur per *cives & Socii*, vocibus quidem diverſis, ſed eadem ſignificatione. Livius lib. 7. *Civilis exercitus & ſocia-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſocialis cœtus, non aliud intelligit quàm Romanas Legiones & Latina auxilia. *Legio*, ut ſcribit Varro lib. 4. de ling. Lat. *quod leguntur milites in delectu, dicta eſt.* [Huc ſpectat illud Galbæ procul dubio, cum militibus donativum flagitantibus reſpondit, *legi à ſe militem, non emi.*] Græci non uno modo efferunt, nonnunquam στρατόπεδον, interdum ipſis eſt τάγμα, τέλος, σύνταγμα, κατάλογος, λεγεὼν, πολιτικὴ δύναμις, aut πολιτικὸν τείχη, cum reſpectu ad ſtativa, quæ vallo muniri ſolita, unde poſtea ſecutis temporibus magnæ in Imperio natæ urbes.

Legio conſtabat peditibus & Equitibus; etſi forte nonnunquam Legiones & Auxilia tantùm ſignificarent pedites, à præcipua parte denominatione ſumptâ. militandi ratio per currus & Elephantos vel ignota Romanis, vel inſolita; aut ſi ullus ejus fuit uſus, mox abolitus. Modus pugnandi de curribus, non poëtarum modò fabulis decantata res, ſed & ſacræ Hiſtoriæ ſcriptoribus memorata, Heroicis illis temporibus forte adſcribi ut proprius debet, ſed ab aliis gentibus velut communi omnium conſenſu (paucas nationes barbaras ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

cipio, tenaces ſemper eorum quibus aſſueverint) exploſus rejectuſque, quod difficilior eſſet, & uni bellatorum qui ad militiam inſtrueretur, alendi armandiq; quatuor (nempe pugnans, auriga & equi ad minimũ duo) & defectus unius reliquorum inutilem redderet operam.

Alterum genus per Elephantos diu conſtitit frequenti in uſu apud gentes ad Orientem & Meridiem, quod largus earum pecudum in iſtis regionibus eſſet proventus, neglectim Romanis habitum, non quod ipſis deeſſent (quid enim illi requirant aut ad uſum aut delicias? qui & in theatris centum ſimul ex iſtis animalibus animi gratia dederunt conficienda) ſed quod ſummopere diſpliceret uſus rei, quæ ſuis, quam hoſtibus, noxam ſæpius inferret. Experimentum dederat exercitus Pyrrhi, qui primus Elephantos in Italia oſtentavit, ubi, teſtante Floro lib. 18. *eædem feræ, quæ primam victoriam Romanis abſtulerant, ſecundam parem fecerant, tertiam ſine controverſia tradiderunt.* In oriente quoq; tandem in deſuetudinem abiit eorum uſus, διὰ τὴν τῶν ποδῶν μαλακότητα. Diodor. Sicul. lib. 19. *ob teneros pedes*, aliaſque cauſas. Romulus

poſt

poſt conditam Romam, & ſublatum cæde Remum, quæ plures involverat, Legioni attribuit tria peditum millia, equites trecentos. Dionyſ. lib. 1. & 2. ex quo numero compoſuit legionem ſuam Roma primum condita, conſentiente Plutarcho. κτισθείσης δὲ τῆς πόλεως, πρῶτον μὲν ὅσον ἦν ἐν ἡλικίᾳ πλῆθος εἰς συντάγματα στρατιωτικὰ διεῖλεν· ἕκαστον δὲ σύνταγμα πεζῶν τρισχιλίων ἦν, καὶ τριακοσίων ἱππέων. id eſt: *Condita urbe, primum multitudinem omnem, quæ ætatis militaris erat, diſtribuit in Legiones. Legio quæque erat trium millium peditum, equitum trecentorum.* Vnus eques, pro decem peditibus. Varro lib. 4. le ling.lat. *milites*, inquit, *à mile, quod rium millium primò Legio fiebat ac ſingulæ tribus Tatienſium, Ramnium, Lucerum millia ſingula militum mittebant.* Ad hunc equitum numerum in una legione iſtius temporis; Virgilius qui fabulis admiſcet Romanas antiquitates ex vero) alludit; notante Servio d hos verſus lib. 7.

Stabant tercentum nitidi in præſepibus altis.

: lib. 9.

Tercentum ſcutati omnes Volſcente Magiſtro.

Perite,

Perite, ait Servius, *nam in Legione nonniſi trecenti equites erant, per quod oſtendit unam habuiſſe Legionem Latinum.* ad illud lib. 9. *Romani Equites primo trecenti fuerunt, de ſingulis enim curiis deni dabantur, quas triginta fuiſſe diximus*, quamvis continuo peditum numerus crevit, proceſſitque nunc ad quatuor millia, nunc illa exceſſit; tempora tamen fuerunt quibus ducentos tantum equites una habuit legio, vixque unus Eques pro viginti computabatur peditibus, proportione prorſus abnormi. Et hanc Legionem condita primum Roma conſtituit.

Cum Romulus multos Cæninenſium, Antennatium, Cruſtumerinorum & Sabinorum Romam tranſtuliſſet, virorumque numerus quotidie augeſceret, conſcriptæ plures legiones, eodem hominum numero, aut qui modice à priori recederet. Plutarchus tamen *Romulo*, habita potius ejus quo vixit, quam de quo ſcribebat, temporis ratione multum hic variat, διπλασιασθείσης δὲ τῆς πόλεως, αἱ λεγεῶνες ἐγένοντο πεζῶν μὲν ἑξακισχιλίων, ἱππέων δὲ ἑξακοσίων. id eſt: *Conduplicata autem civitate per traductos Sabinos, legiones factæ ſunt pedi-*

tum

um ſex millium, equitum ſexcentorum. Numerus, quantum ad illam ætatem, grandis & abſurdus. Libera Rep. non egitur in legione minor numerus, quatuor millium peditum; & maxime cum excrevit, proceſſiſſe ad ſex millia & ducentos. quo autore tranſierint à tribus ad quatuor millia, mihi non comperum; tamen probabiliter conjicere liceat Servium Tullium, qui Romam fecit ἐκ τριφύλου τέως οὔσης τετράφυλον. hoc eſt: *quæ tribus hactenus conſtabat Tribubus, quatuor tribuum.* Dionyſ. legionem quæ ex tribus millibus prius conſtabat auxiſſe ad quatuor millia, & cœpiſſe vocari quadratam, ex Feſti opinione, quod quatuor millia armatorum complecteretur; quanquam, ſi Dionyſium & Livium audimus, delectus eo tempore potius ſecundum opes quàm Tribus peragеretur; qua de re poſtea ſuo loco. De quatuor millibus & circiter regula eſt in Polybii libro 1. & 2. τούτων (τῶν στρατοπέδων) ἕκαστον ἀνὰ τετρακισχιλίους πεζούς. id eſt: *earum legionum ſingulæ peditum quater mille;* Exempla in Dionyſio lib. 6. in eodem Polybio de legione Campana, quæ Oroſio octava. ſexdecim poſt expulſos Reges

annis, γίνεται δέκα στρατιωτικὰ τάγματα ἐξ ἀνδρῶν τετρακισχιλίων ἕκαστον. id eſt: *decem legiones conſcriptæ ſingulæ quatuor millium.* In Livio lib.6. annis aliquot poſt Romam à Gallis captam; rurſus lib. 21. principio ſecundi belli Punici,& aliis locis.Iuſtus tamen determinatuſque numerus videtur fuiſſe quatuor millium ducentorum peditum; atque ita Polybius lib. 6. ſumit, ubi ex profeſſo hanc quæſtionem tractat. Ejus numeri exempla nobis Livius ſuppeditat lib.7. A. V. C. 406. ut videtur inire rationem; & in Polybio lib.2.poſt primum bellum Punicum.Et ille numerus quatuor millium ducentorum ex occaſione auctus eſt, ἐπὰν τις ὁλοσχερεστέρα προφάνεται χρεία. id eſt: *ſi quando extrema incideret neceſſitas*, ut idem Polybius teſtatur, interdum ad quinque millia, quandoque & amplius. Livius non per omnia Polybio conſentiens, ſed nec iis quas ipſe tradit, regulis & exemplis, in bellis adverſus Latinos, circa A. V. C. 415, quinque millia eo ævo uſitatiſſima tribuit lib. 8. *Scribebantur autem fere legiones quinque millibus peditum.* & lib. 42. *Quina millia ex vetere inſtituto dabantur in ſingulas legiones.* &

tamen

amen idem Livius velut ſui oblitus, ?*aulo & Varrone Coſſ.* ſecundo bello ?unico ſcribit, *numero quoque legiones um auctas, millibus peditum in ſingu-as adjectis, ut quina millia peditum ſſent.* Quinque millium exempla ubi-ue occurrunt; quinque millium & du-entorum in Polybio lib. 2. in bello Gallico, & in Appiano 1. ἐμφ. ubi vi-ginti tres legiones, quas Sylla habuit, educit ad centum & viginti millia. Quinque millium & quadringentorum n Livio lib. 37. in bello contra Antio-hum. Sex millium in bello contra Per-eum. Livius lib. 42. Appianus Mithri-atico quinque Luculli legiones reſol-it in triginta millia, quinto ἐμφυλ. ?oſt bellum ad Philippos, Antonius nterpretatur Græcis, viginti octo le-giones μετὰ τῶν συντασσομένων. id eſt: *um auxiliis*, continere ſupra centum & ſeptuaginta millia hominum, id eſt, ingulas ſupra ſexies mille. [hæc tria Appiani loca ſi intelligas ut equites in-ludantur numero ibi deſcripto, legio auciores habebit pedites quàm nobis nte determinatum eſt] *ſex millium & ducentorum hominum primus Cajus Marius conſcripſit legionem*, ait Feſtus.

Sane

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Sane non à Mario repetenda iſtius numeri origo. *Scipio* enim *Senior* (narrat Livius, cujus hic potior autoritas, lib. 19.) *ſupplevit ita eas legiones, quas in Africam tranſduxit, ut ſingula ſena millia & ducentos pedites haberent.* Sub Imperatoribus ſex millia ferè impleverunt juſtum numerum. *Plena Legio,* ait Vegetius lib. 2. cap. 6. illa haud dubie tempora reſpiciens, *peditum ſex millibus centum fundatur*, ſubducto ad minimum calculo. Sed reſtringenda interpretatio, ut ipſam legionem abſolvant quinque millia quingenti tantùm, reliquos conficiant qui in officiis eſſent, quingenti ſcilicet quinquagenta decani, & quinquaginta Centuriones, omnibus ſubductis rationibus ſex millia centum. Cum prioribus temporibus Centuriones, & qui aliquo ſupra gregarios eſſent loco, vere probo & utili inſtituto, ex ipſis militibus legerentur, neque per ambitum & clientelas obtruderentur. Declinante quoque imperio, tempore Honorii, conſtat ſervatum quem diximus, numerum ſex millium. Zozimus lib. 5. ἔδοξε τῷ βασιλεῖ πέντε τῶν ἀπὸ Δαλματίας στρατιωτικὰ τάγματα ἐπὶ φυλακῇ τῆς Ῥώμης ἐλθεῖν, τὰ

δὲ

ὲ τάγματα ταῦτα ἐπλήρουν ἄνδρες ἑξα-
χίλιοι. hoc eſt: *Viſum Imperatori*
uinque legiones è Dalmatia ad cuſto-
iam urbis accerſendas: legiones autem
tæ erant virorum ſex millium. Diſtri-
utive enim, ut ajunt, hunc locum ca-
io, ut ſex millibus ſingulæ quinque le-
iones conſtarent; & quod propius
uc facit, idem Zozimus diſtribuit ἓξ
ἔγματα ςρατιωτῶν in *μυριάδας τέσσα-*
ας. ſex legiones militum in quadra-
inta millia hominum.

Equites quod attinet, Polybius l. 1.
. & 6. qui & libera ſcripſit Rep. & de
uſdem agit temporibus, ſingulis le-
ionibus aſſignat ducentos, & extra or-
inem ſi flagitaret occaſio, trecentos.
ivius quoque nunc ducentos tribuit
unc trecentos. Appianus in Mithri-
atico quinque legiones inſtruit mille
xcentis equitibus. In bello Macedo-
ico, *anno urbis conditæ* 581. ex Livia-
a ſupputatione dantur legioni trecenti
riginta equi. Livius lib. 43. *In epitome*
ibri 130, in bello Antonii Parthico
xdecim millia equorum tribuuntur
ctodecim legionibus, quod genti ar-
na inferrent, quæ valeret equitatu;
orte & ex illis ſexdecim millibus pau-
ciſſimi

ciſſimi fuerunt legionarii. In Appiani 3. ἐμφ. in civilibus poſt interemptum Cæſarem bellis, καὶ τὰ δύο τέλη, τὰ δὲ τὰ ἐκ Λιβύης, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς ἱππεῖς χίλιοι, *duæ in Africa legiones mille equos habuerunt adjunctos*; abnormi proportione, ut videtur, & quæ pluſculum ab antiquitus recepta exerraret. Sub Imperio, ut ex Vegetio non male conjeceris, uni legioni adſcribebantur ſexcenti ad minimum, & ſexcenti ſexaginta; ubi prima cohors erat milliaria, præter ſexaginta ſex Decuriones. Inita ratio dabit ſeptingentos viginti ſex, ſi includas qui in officiis eſſent. Ioſephus lib. 3. ἁλώσ. cap. 8. cum in ſingulas legiones partitur 120 equites, errat, εἵπετο δὲ αὐτῷ τὸ ἴδιον τοῦ τάγματος ἱππικόν. ἴδιοι γὰρ ἑκάστου τάγματος εἴκοσι πρὸς τοὺς ἑκατὸν ἱππεῖς. hoc eſt: *Secuti ipſum equites, legioni adſcripti. Singulis enim legionibus adjuncti erant equites centum viginti.* Atque hic numerus merus cuique legioni tribui ſolitus, intelligi debet, ubi recens conſcriptæ legiones, omniaque in integro, neque per cladem quidquam deperiit, aut per ambitum extra ordinem adjectum eſt. In bello Civili Cæſaris legiones ita immi-

nutæ

ıtæ ut vix trium millium una eſſet, &
ɔi primi delectus habiti, quatuor mil-
ı non excederet. Sextus Rufus, *Cæſar*
ım decem legionibus , quæ quaterna
illia militum Italorum habuerunt,
allias ſubegit. Contra, Legio Claſſi-
ı à Nerone conſcripta, ea fuit mole, ut
ım ex ea ſepties mille cæderentur in
greſſu Galbæ in urbem , reliqui deci-
ıarentur, tamen quod ſuperfuerit inte-
ram Othoni explevit legionem. *Re-*
quos cæſorum ad pontem Milvium in
umerum legionis compoſuerat , ſcribit
'acitus 1. hiſtor. Hujus generis legio-
ɛs Appianus 4. ἐμφ. videtur appellare
λη ἐνδέοντα τοῖς ἀριθμοῖς , & πλεονά-
οντα. hoc eſt : *legiones quibus deſunt*
umeri, aut ſuperſunt. Cavendum igi-
ır ne ex numero legionum quæ in
ɛercitum ſunt conſcriptæ, præproperè
dicemus de numero militum , niſi e-
dens circumſtantiarum, quæ hic con-
leratione merentur, ſuadeat ratio.
Romuli legio *pedites* habuit diviſos
cundum tribus , quæ illos ſuppedita-
ant, in Ramnes, Luceres , & Tatien-
s ; ſingulos mille, qui rurſus in decem
iſpertiti ſunt centurias ſeu Curias. *Dio-*
yſ. In Populari legione, quæ, ut audi-
vimus,

vimus, ferè conſtabat quatuor millibus & ducentis, peditum quatuor fuêre ordines, γένη, ἡλικίαι. [Polyb.l.6.Liv.l.8.] Maxime juvenes & invalidiores appellabantur VELITES, proximi illis ætate, HASTATI; tertii præcipuô annorum robore, PRINCIPES; qui paululum hos ætate ſuperabant, TRIARII. Hujus ultimi ordinis in ſingulis legionibus, utcunque augeſcerent vel mutarentur, numerabantur tantum ſexcenti; Principum, Haſtatorum, Velitum, ſingulorum mille ducenti, ſi intra conſuetum numerum ſtarent legiones, ſi excederent, ex proportione creſcebant & illi. quando iſta in uſum venerit partitio, certò ſtatuere non poſſum. Dionyſius lib. 5. ſtatim poſt expulſos Reges meminit Triariorum, velut rei non inſolitæ. Valerius Maximus lib. 1. cap. 3. ſcribit, Velites primum inſtitutos Capuæ à Fulvio Flacco, bello punico ſecundo. Secutis poſtea temporibus, præſertim ſub Imperatoribus, concidit quodammodo iſta celebris prius apud veteres hiſtoricos diſtributio. *Haſtatorum* rurſus decem vel ſigna vel ordines fuêre, ſinguli in ordinaria legione ex centum viginti militibus (Polybius

ημαίας vocat, τάγματα & σπείρας, cum
amen aliis ferè ſcriptoribus τάγμα i-
em ſit quod legio, & σπεῖρα Polybio
ſi lib. 2. cohors.) Primus ordo ſeu ſi-
num vocabatur *Primus Haſtatus*; al-
r *Secundus Haſtatus*; & ita porrò uſq;
l decimum ordinem Haſtatum. Prin-
pes itidem in decem ſigna diſtributi,
rimum, *Secundum*, *Tertium Princi-
m*, &c. numerô ſignorum hic pari cum
ræcedentibus. Similis tandem Tria-
orum diviſio in decem ſigna, ſingulis
xaginta milites continentibus. Pri-
ıum ſignum vocabatur *Primus Pilus*,
terum *Secundus Pilus*, & ſic ad deci-
ıum uſque (aut Secundus Triarius,
ſententia quorundam Eruditorum;
ıamquam Livius omnia Triariorum
gna videatur nominare primos pilos
intricato iſto libri octavi loco, ubi
nebras potius offudit militiæ Roma-
æ, quàm interpretatus eſt) Velites ex
oportione per omnia ſigna ſparge-
antur. Hæc triginta ſigna Latinis di-
ıntur *Manipuli*, ſecundum Gellium
b. 6. cap. 4. & Servium in x ı. Æneid.
quamvis Plutarchus in Romulo ma-
ipulum explicet per ἑκατοστὸν, & cum
enturia confundat; & Vegetius lib. 2.

c. 13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

c. 13. abſurde admodum idem eſſe ſtatuat cum contubernio, decem aut undecim hominibus) ſingula rurſus dividuntur in *duas Centurias*, *Centuriam priorem*, & *Centuriam poſteriorem*, licet non præciſe conſtituerentur ex centum; ſed in legione ordinaria ex ſexaginta præter Velites, & Triariis tantum [f] triginta. Livius ubi verſatur in centuriis iſtis deſcribendis, videtur perturbato loquendi modo uti lib. 42. *Hic me Imperator dignum judicavit, cui primum haſtatum prioris centuriæ aſſignaret*, cum forte dicendum fuerit, *cui priorem centuriam primi Haſtati aſſignaret*, & pagina ſequenti, ne caſu aut ex negligentia id factum putemus, *à M. Acilio mihi primus Princeps prioris centuriæ eſt aſſignatus*, pro *prior centuria primi Principis*. Præter has peditum in legione diviſiones, alia poſterioribus temporibus uſitatior deprehenditur, quæ eos in cohortes, æquas numero, diſpeſcit. Iulius Frontinus ſtratagem. lib. 1. c. 6. legionem diſſolvit in decem cohortes; *Fulvius Nobilior legionis, de qua ſupra dictum eſt, quinque cohortes in dextram partem viæ direxit, quinque ad ſiniſtram*. Cæ-

ſar

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

r lib. 6. cap. 2. de bello Gall. tres le-
ones in triginta cohortes partitur, &
acitus 1. Annal. quatuor legiones *in*
adraginta cohortes Romanas. Prima
hors coaleſcit ex tribus primis ſignis
t manipulis, nimirum, *ex primo ordi-*
haſtato, primo Principe, & primo
ilo ſociatis; Secunda cohors, ex tribus
cundis, atque ita porrò ad decimum.
egetius lib. 2. c. 8. Cic. lib. 5. epiſt. ad
ttic. 20. Cæſar 3. de bello civili c. 13.
ohors, teſte Varrone lib. 4. de ling.
t. *quod ut in villa ex pluribus tectis*
njungitur, ac quiddam fit unum, ſic
ıc ex manipulis copulatur cohors. un-
ita vocatur *cohors, quod circa eum*
cum pecus coërceretur, ſcribit Varro.
ræcis eſt σπεῖρα. Hæc legionis in de-
m cohortes diviſio apud Polybium
on exſtat, ut exiſtimare pronum ſit
æcedentibus temporibus uſu ignotam
iſſe, voce licet Veteribus ſat cognitâ,
frequens illa Livio in prioribus li-
ris, niſi figuratè uſurpet, apud Poly-
um bis lib. 11. diſerte occurrit κοόρ-
τις, in Hiſpanienſi Scipionis bello; ut
rte potius fuerint manipuli extra or-
nem juncti, quam aliqua legionis
rs. Nihil tamen validè aſſero, quam-
vis

vis prioribus temporibus non dubiun
ſit quin cohortes legionariæ fuerint æ
quo omnes quingentorum numero ,
legio conſtaret quinque millibus , au
plurium, ſi auctior daretur legio,tame
Vegetii tempore , ſaltem in ea , quan
nobis deſcribit legione , prima cohor
habuit mille , quingenti reliquis adſcri
pti. Nam *in his rebus* ut notat Serviu
ad XI. Æneidos , *acceſſu temporis* , *du*
cum varietas ſemper mutavit militi
diſciplinam.

Equos & Regia & Popularis legi
trecentos,quibus plerumque conſtaba
dividere ſolet in *turmas decem*. Poly
bius lib.6. παραπλησίως δὲ καὶ τοὺς ἱππεῖ
εἰς ἴλας δέκα διεῖλον. hoc eſt : *Similite*
equites diviſère in turmas decem , ſin
gulis turmis triginta equos continenti
bus , idque ſtatim Româ primum con
ditâ ; ut ſerior ætas vix quidquam rece
pit , cujus non ab iſtis initiis repetend
origo ſit. Varro lib. 4. de ling. lat. *Tur*
ma terma eſt, E *in* V *abiit*, *quod terden*
equites ex tribus Tribubus Tatienſium
Ramnium, & *Lucerum fiebant*. Vege
tii legio cum ſexcentos ſexaginta con
tineat, ducibus exceptis, illos in vigint
duas turmas ſegregat , quâvis turm
tri

triginta equitum. Ex iſtis turmis prima legionis cohors quatuor ſibi turmas vindicat, reliquæ ſingulæ duas. Poſtremo, cujuſque turmæ erant tres decuriæ; ſingulis decuriis, ut vox ex re ſumpta eſt, attribuuntur decem equi.

In Romuli legione (refert Dionyſius) pedites habuere Tribunos tres χιλιάρχους ſub Regibus, cuique Tribuno ſua aſſignabatur tribus, cuique centuriæ aut Curiæ, ſuus Centurio aut Curio. [*Tribuni militum*, inquit Varro, *quod terni tribus Tribubus, Ramnium, Lucerum, Tatienſium olim ad exercitum mittebantur.*] Tres Tribuni & triginta Centuriones in una legione; Tribuni fuerunt qui nobilitate autoritateque eminebant, ἐκ τῶν ἐπιφανεστάτων; centurionem ſua quemque virtus fecit, ſeligebanturque ἐκ τῶν ἀνδρειοτάτων. Sub Conſule aut Prætore rep. liberâ, & ſub Principum dominatione, ſummis belli ducibus proxima erat Legati Conſularis dignitas; Vicariâ quaſi Conſulis aut Principis poteſtate, quique publicè legeretur [Varro l.4. de L.L. *Legati, qui lecti publice, quorum opera conſilioque uteretur peregre Magiſtratus.*] A Conſule nimirum vel unus, ut Africanus a-

pud fratrem in Aſia, vel plures, qui locum ejus tuerentur in exercitu; quales Pompejus habuit viginti quinque in bello piratico. *Appian. Mithridatico*. Sub Principibus, unicus legi ſolitus, qui aut regionem aut exercitum regeret. Legato Conſulari in Imperio ſubordinabatur alterum legatorum genus, quos prætorios aut legatos legionum vocabant, unus pluresve prout exigeret legionum numerus. Sed libera rep. iſtius rei veſtigia non deprehendo, aut dignitatem reperio munuſve quod ei reſpondeat. Regum autem & liberæ reip. temporibus, Legio conſuetos habuit duces, quales & Legio Romuli antea, Tribunos & Centuriones. Decani & qui poſt eos, inferioris erant ordinis. Populari legio, utpote quadrata, primùm quatuo habuit Tribunos è populi ſelectu, quandoque & arbitrante Conſule; Livius l. 9. Polybii ætate ſex, partitis inter ſe muneruim vicibus, ut bini in binos menſes officio fungerentur, cunctorumque una æſtate abſolveretur. Polyb. lib. 6. κατὰ δύο γὰρ σφᾶς αὐτοὺς διελόντες ἀνὰ μέρος τοῦ ἑξαμήνου τὴν δίμηνον ἄρχουσι. hoc eſt *Nam in binos & binos ſeſe dividunt, & ſemeſtris ſpatii duos menſes imperant.*

Sub

Sub Imperatoribus, ut ſumptæ ex locis aliquot Vegetii conjecturæ in hanc nos inclinant ſententiam, ſingulæ legiones Tribunos habuere decem, non ut inter eos Imperii per vices ordo ſervaretur, ſed ſeparatim & continuè ſuam quiſque regebat cohortem [Vetus Iuvenalis Scholiaſtes *cura cohortis* in autore ſuo explicat per *militum Tribunatum.*] Iam ex quovis ſigno, ait Polybius, ſeligebantur ἀριστίνδην. id eſt: *pro virtute & meritis* duo centuriones (ταξίαρχοι, λοχαγοί) ſingulique præerant ſuæ centuriæ, ſed ſi aut ex morbo, aut abſentia, aut læſione incidiſſet neceſſitas, unus utrique. Cuique ſigno, præter centuriones, duo erant ſigniferi, à Centurione conſtituti. Centuriones inter ſe diſtinguebantur nominibus ſignorum aut Centuriarum quibus præerant. Livius lib. 42. *mihi T. Quintius decimum ordinem haſtatum aſſignavit.* Cicero Epiſt. 8. ad Brutum; *C. Naſennius Metello Imperatore Octavum Principem duxit.* Livius lib. 7. *Septimum primum Pilum jam Tullius ducebat.* Neque in ſigniferis aliter ſe res habet. Cicero 1. de Divinatione. *Signifer primi haſtati ſignum loco movere non*

potuit. Eſt & ubi cauſa brevitatis Centurio vocatur ſigni ſui nomine. Livius lib. 25. *T. Pedanius Princeps primus Centurio cum ſignifero*, &c. Cæſar l. 1. de bel. Civ. c. 10. *In his Q. Fulvius primus haſtatus legionis decimæ quartæ*. lib. 2. de bel. Gall. cap. 7. *omnibus ferè Centurionibus aut vulneratis aut occiſis, in his primo Pilo P. Sextio Baculo, multis vulneribus confecto*. Idem ille, quem lib. 3. cap. 1. latius ſumpto nomine vocat *Primipili Centurionem* Sed cum quodlibet ſignum duos habue rit centuriones, utrum ille tantùm prioris centuriæ unus κατ᾽ ἐξοχὴν obtinuerit ex. gr. appellationem Primipilus *primus Princeps, Primus Haſtatus*, & ſic in reliquis, an uterque indiſtinctè non affirmaverim, niſi major ſuadea autoritas, quam de qua hactenus mih conſtat. *Centurio primi Pili* non aliu mihi eſt quam Centurio ſolus priori Centuriæ, primi ſigni Triariorum Centurio & autoritate præcipua, & præ rogativis quibuſdam ornatus, ut & par ſit in Conſilio Ducis, Aquilam cuſtodia vel ſignum legionis, tuba vigilias di ſtinguat, &c? Cujus Imperio, ait Dionyſius lib. 9. τοὺς ἑξήκοντα ἑκατοντάρχα

ἐπεῶ

ἕπεσθαί τε καὶ τὸ κελευόμενον ὑπηρετεῖν κελεύει νόμος. hoc eſt: *Sexaginta Centurias ſequi, & imperata obire jubet lex.* In Livio ſub finem libri ſeptimi, videtur hoc munus certâſſe cum dignitate Tribunorum, aut eam ſuperâſſe, quamvis alioquin Centurio ſubeſſet Tribuno. Polyb. Veget. ſub Imperatoribus uſitatum comperimus numerum ſexaginta Centurionum in legione. Tacit. 1. Annal. *proſtratos verberibus multant ſexagenis ſingulos, ut numerum Centurionum adæquarent*; Quamvis Vegetius, neſcio quo caſu, quinquaginta tantùm conſtituit, lib. 2. cap. 6. & alio loco, ſeu librarii errore, ſeu vitio authoris, quinquaginta quinque; cum prior numerus quinquaginta ſcil. magis congruat ejus principiis. Sub Centurionibus erant Decani; quorum ſinguli præerant decem, ut ipſa vocis nomo ſecum fert. Veget. lib. 2. cap. 13. *Rurſus ipſæ centuriæ in contubernia diviſæ ſunt, ut decem militibus ſub una papilione degentibus unus quaſi præeſſet decanus, qui caput contubernii vocatur.*

Equites in Romuli legione duces habebant ἱππέων ἡγεμόνας *Equitum præ-*

fectos, ſcribit Dionyſ. qui numerum non addit. Sed cum in Regia & populari legione idem fuerit equitum numerus; fuerunt & iidem duces, id eſt, Decuriones, electi ex quaque turma tres, quorum primus & princeps vocatur præfectus turmæ, ἰλάρχης, Polyb.lib.6. & Varro lib.4. de Ling.Lat. Sed Vegetius lib.2. c. 14. dum ſcribit quod *turma habet* 32. *equites, huic qui praeſt decurio nominatur*, duos duces gregariis militibus accenſet, & in tertio denominando labitur. Decurio enim derivatur à decem, non triginta aut triginta duobus. Quare ſi inter equitum vulgus velit numerari duos Polybii decuriones, tertium potius cum Polybio vocaſſet *praefectum Turmae*, quam *Decurionem*. Ita Polybii legio *triginta Decuriones* computat, ex quibus decem ſunt ἰλάρχαι; illa Vegetii, viginti duos decuriones adſcribit, aut, ut melius loquamur & poſitis ab eo principiis convenientius, ſexaginta ſex. Qui majori dignitate *legionarios equites*, regat quàm *praefectus Turmae*, mihi non occurrit, ſeu Populo ſeu uſitatam ſub Imperio legionem intuear; cum Equites, ut ego quidem exiſtimo, generaliter parue-

paruerint ſummis ducibus exercitus, ut *Legato Conſulari*, aut *Legato legionis*; extra ordinem verò ſub Dictatore præfuerit ipſis *Magiſter Equitum.* A Centurione & Decurione, tanquam qui vices ejus gereret aut adjutor eſſet, *Optio* legebatur, quem à Polybio vocari puto οὐραγόν. Paulus ex Feſto. *In re militari Optio appellatur is, quem decurio aut centurio optat ſibi, rerum privatarum miniſtrum, quo facilius obeat publica officia.* Et ita Vegetius lib. 2. cap. 7. *locum ejus tueri*, ait, *in morbo. Optio*, inquit Feſtus, *eſt qui adjutor dabatur centurioni à tribuno militum, ita dictus, quia Centurionibus permiſſum eſt optare quem velint*; ubi munus ejus omittere videtur inter equites, ut Varro lib. 4. de Ling. Lat. ejus obliviſcitur inter pedites. *Quos decuriones*, inquit, *primo adminiſtros ipſi ſibi adoptabant, optiones vocari cœpti: quos nunc propter ambitionem Tribuni faciunt.*

Atque hi quidem conſcripti in legionem milites, omnes fuerunt *cives Romani, ingenui, artis ludicræ expertes.* Primum caput quod attinet, perſpicere licet ex hiſtoria, centum aliquot annos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

habitos tantum *ex plebe Romana* delectus. Secutis temporibus raro,ſub Imperio rarius, legebatur in Italia natus, ſed tantùm *cives Romani è Provinciis.* Herodianus lib. 2. ἐξ οὗ δὲ εἰς τὸν σεβαστὸν περιῆλθεν ἡ Μοναρχία, Ἰταλιώτας μὲν πόνων ἀνέπαυσε, καὶ τῶν ὅπλων ἐγύμνωσε. hoc eſt: *Poſtquam ad Auguſtum pervenit ſumma rerum, Italis munera militiæ remiſit, eoſque armis exuit.* Cæſar quandoque in. bello Gallico videtur ex Tranſpadanis in legiones conſcripſiſſe, qui tum nondum cives Romani erant. Secundum ſi ſpectes caput, qui *libertini generis*,quamvis *cives Romani*,non admiſſi, multo minus ſervi, niſi ſemel aut bis urgente neceſſitate. Quoad tertium caput, ſi audimus Dionyſium lib. 2. non *Hiſtrionica* tantum reddidit legionariæ militiæ inhabiles, ſed & artes ſellulariæ, mechanicæ & voluptuariæ. ἐπιδίφριοι καὶ βάναυσοι καὶ προσαγωγοὶ ἐπιθυμίων αἰσχρῶν τέχναι. Sola excipiebatur agricultura, unica velut nutrix militarium hominum; non ex inſtituto Spartano,aut ut Plato præcipit,ut dum alter domi laborat, alter pugnaret foris; ſed unus & idem pacis tempore probus paterfamilias, & in bello bonus miles; cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

cum ex multorum judiciis à nullo reip. ſit major metus, quàm ab eo cui militia eſt ars. [Cato de Re Ruſtica. *Ex agricolis & viri fortes, & milites ſtrenuiſſimi gignuntur, maximéque pius quæſtus ſtabiliſſimuſq; conſequitur miniméque invidioſus, minimeque male cogitantes ſunt, qui in eo ſtudio occupati ſunt.* Varro l.2. de R.R. *Viri magni majores noſtri ruſticos Romanos præponebant urbanis: quod qui in oppido ſederent, quàm qui rura colerent deſidioſiores putabant.* Idem lib. 3. de R.R. *Itaque non ſine cauſa majores noſtri ex urbe in agros redigebant ſuos cives, quod & in pace à ruſticis Romanis alebantur, & in bello ab his tuebantur.*] Præterea adſcribendus in legionem miles juſta debuit eſſe ætate, quę στρατεύσιμος ἡλικία, & ad minimum in quinta claſſe cenſeri: Ætas militaris (ait Tubero apud Gellium lib. 10. c. 28. *ex Servii Regis formula.* Plutarchus Gracch.) erat à decimo ſeptimo ad quadrageſimum quintum annum, ut Dionyſius vult, ut Polybius lib. 6. ad quadrageſimum ſextum; τοὺς μὲν ἱππεῖς δέκα, τοὺς δὲ πεζοὺς ἑκκαίδεκα δεῖ στρατείας τελεῖν κατ᾽ ἀνάγκην ἐν τοῖς τετταράκοντα

καὶ ἓξ ἔτεσιν ἀπὸ γενεᾶς. hoc eſt : *Equites neceſſe erat decem, pedites autem, ſedecim annos ſtipendia mereri, intra quadraginta ſex annos ætatis*(ſic emendanda loci iſtius lectio)aut ſi à periculis neceſſitas urgeret, ad quinquageſimum. *Seneca lib. de brevitate vitæ cap.* 20. *Lex à quinquageſimo anno militem non cogit, à ſexageſimo ſenatorem non citat.* Compellebatur ea temporis conditione pedes ad militiam ſexdecim aut viginti annorum, eques ad decem. Tempore Auguſti, (Dio lib. 54.) conſtituit prætoriano duodecim annos & ſedecim legionario, & lib. ſeq. velut per oblivionem, prætoriano ſexdecim, & cæteris, viginti. Sub Tiberio, militibus in Germania *miſſio data eſt*, ſcribit Tacit. 1. Ann. *vicena ſtipendia meritis; exauctorati qui ſena dena feciſſent, ac retenti ſub vexillo cæterorum immunes niſi propulſandi hoſtis.* Atque hinc fortaſſe petenda conciliatio adverſantium in Dione locorum.

Vt ad *Claſſes* accedamus, cum tempore Romuli haberentur delectus tributim, quâque tribu ſuos mille conferente, Servius Tullius redegit ad cenſum, ubi non delectus tantùm facti, ſed cli-

eligebantur majores quoque magiſtratus, leges ferebantur, tributa imponebantur, *Comitiis Centuriatis*. Tota civitas ſex claſſibus diſtinguebatur. Primam conſtituebant cives, qui in libro cenſus notati habere centum millia aſſium & plus id eſt trecentas libras, decem ſolidos Anglicanos. In ſecundâ erant, qui à centum millibus & infra habebant ad ſeptuaginta quinque millia. In tertia, à ſeptuaginta quinque millibus ad quinquaginta millia. In quarta, à quinquaginta millibus ad viginti quinque millia. In quinta, à viginti quinque millibus ad duodecim millia quingentos. In ſexta, reliqui omnes, quorum opes infra pręcedentem ſummam erant. Iam vero cum prima claſſis conferebat octodecim equos & octoginta pedites, Secunda conferebat viginti pedites, & duos inſuper artifices, ut fabros, carpentarios &c. Tertia claſſis viginti pedites; Quarta, viginti, & duos tubicines & cornicines; Quinta, triginta; ſexta claſſis *immunis militia*. Livius lib. 1. στρατείας καὶ πάσης εἰσφορᾶς ἀτελής. hoc eſt: *immunis militia & ab omni tributo*. Dionyſius lib. 4. quamvis idem Dionyſius eodem loco oſcitanter

in 193. unum tribuat militem. Verum quidem, ſextæ claſſi fuiſſe jus unius ſuffragii de centum nonaginta tribus, in Comitiis centuriatis, neminem tamen obtulit militiæ. Atq; ex iſto delectu ſemel ſic peracto colligebantur centum nonaginta duo viri ad militiam habiles, octodecim videlicet equites, quatuor artifices & tubicines, & centum ſeptuaginta pedites. Repetitio fiebat, ſi majorem minoremve exercitum poſceret neceſſitas, ex proportione. Dionyſ. lib. 4. cui Livius lib. 1. quoad cætera conſentit, ſi exceperis cenſum quintæ claſſis, in quam refert qui cenſentur undecim millibus aſſium. adde quod & Livius artifices ex prima claſſe petat, & tubicines ex quinta, quos Dionyſius ſecunda & quarta claſſe conferente colligit. Cauſam quæ ultimæ ſortis homines removeat à militia, rectè adfert Iulius Exuperantius. *Populus Romanus,* inquit, *per claſſes diviſus erat, & pro patrimonii facultate cenſebatur. Ex iis omnibus, quibus res erat, ad militiam ducebantur. diligenter enim pro victoria laborabant, qui præter libertatem bona defendebant. Illi autem quibus nullæ opes erant, caput ſuum quod ſolum*

lum poſſidebant, cenſebantur, & belli tempore in mœnibus reſidebant. facile enim poterant exiſtere proditores. quia egeſtas haud facile habetur ſine damno. Hæc conſcribendi milites ratio per claſſes à Servio inſtituta, poſtea ut docet Romana hiſtoria [Livius, Tacitus alii, *Tribus ad ſacramentum vocatæ*; atque ex iis quæ diſertè aſſerit Polybius, lib. 6. ἐπὰν δὲ μέλλωσι ποιεῖσθαι τὴν καταγραφὴν τῶν στρατιωτῶν, κληροῦσι τὰς φυλὰς κατὰ μίαν. hoc eſt: *Sed cum delectus militum habetur, ſorte tribus ſingulas vocant.*] ad tribus redacta; propius aliquantum ad ordinem popularem, & magis ex Reip. forma, ut tamen in legionem nemo conſcriberetur, niſi cui eſſent quater mille aſſes τετρακόσιαι δραχμαὶ ad minimum, teſte Polybio, paulò infra cenſum quintæ claſſis, quem Dionyſius & Livius deſcribit; ſive memoria impoſuerit Polybio, ſive cenſus factus fuerit contractior. Tum enim & poſtea nonniſi habita ratione cenſus inſtitutos delectus, docet perſpicuè Salluſtius in Iugurthino. *Marius interea milites ſcribere non more majorum, neque ex claſſibus, ſed uti cujuſque libido erat, capite cenſos pleroſque.* Adeo ut cum ex opi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

bus nihil ſuppeteret, caput conferrent. Ex illo tempore, ut opinor, vix habita Claſſium ratio in conſcribendis legionibus, bellis præſertim civilibus; & ſub Imperio, nulla prorſus, exſtinctâ cenſus conſuetudine. Poſtquam ita legionem & Legionarios deſcripſimus, de Auxiliariis agendum reſtat. *Auxilia*, τὸ συμμαχικὸν, τὸ ἐπικουρικὸν, ξενικὴ δύναμις, ξενικὰ τείχη, militiæ Romanæ adſcribebantur, quamvis non ex civibus. Varro lib. 4. de L. L. *Auxilium appellatur ab auctu, cum acceſſerant qui adjumento eſſent, alienigenæ.* Auxiliis Romani primum uſi Albanis Tullii Hoſtilii tempore. Dionyſ. lib. 3. Atque Albâ Latinorum Metropoli everſa, victoriæ conditione id in Latinos juris ſibi arrogârunt Romani, quo primum gaudebant Albani. Sub Tarquinio Priſco in Romano exercitu contra Hetruſcos Latinorum auxilia militarunt, Dionyſ. & contra Sabinos, Hetruſcorum & Latinorum. Per aliquot liberæ Reip. ſecula, ſoli Latini atque Hernici ſuppeditârunt *auxilia gravium armatorum*; nam funditores, ſagittarios, & quæ in levibus auxiliis, admiſerunt etiam ex aliis nationibus. *Hiero apud Livium lib.* 22.

Poſt

Poſt tertium bellum Punicum non re-
ecerunt *auxilia ex ſociis Italicis à po-*
ulis Regibuſque. Poſt illud tempus oc-
urrit quandoq; mentio auxiliariorum,
ed qui nullo penè loco erant libera Rep.
t in Tullii epiſtolis, Appiano &c. for-
e potius *ex veteri formula* & pervul-
ato loquendi modo, quàm aliter. Cau-
m eò refero, quod adſcitis in jus civi-
atis Latinis & Italis *bello Marſico,* non
uxiliorum amplius nomine militabant,
um legionariæ tum militiæ prærogа-
vâ potirentur. Auguſtus & Imperato-
es dum exercitus firmandis Imperii li-
itibus imponunt, & velut ex Provin-
alibus civibus legiones conſcribunt,
uſum revocârunt Auxilia, collecta
ſociis & ſubditis externis, aliiſque
entibus nullo amplius diſcrimine, in-
uxeruntque ita barbaros & veteres
nperii hoſtes in publicum detrimen-
m. Vide Tacit. 4. hiſtor. in bello cum
ermanis. In Tacito ſub primis Impe-
toribus habemus in Romano exerci-
Auxiliarios è *Trans-Rhenanis, Gallis,*
ritannis, Numidis, Luſitanis, Bata-
is, Thracibus &c. & ſub poſterioribus
nperatoribus nulla uſquam bella ge-
bantur niſi per barbaros in militiam
alle-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

allectos; donec Romani, quod vix aliter fieri poterat, illos imperio ſuo potiri viderunt, quos armorum ſuorum potentes fecerant. Theodoſius, ait Zozimus, τοὺς ὑπὲρ τὸν Ἴστρον βαρβάρους ἐνέταξε τοῖς στρατιωτικοῖς τάγμασιν. hoc eſt: *in legiones adſcivit barbaros trans Danubium.* lib. 4. rurſus, τάξις μὲν ἦν τοῖς στρατεύμασιν οὐδεμία, οὐδὲ Ῥωμαίου διάκρισις ἢ βαρβάρου. id eſt: *nullus ordo in exercitu, nec erat diſcrimen Romani à barbaro.* Et de Gratiano, Ἀλανούς τινας αὐτομόλους δεξάμενος στρατιώταις ἐγκατέλεξεν. id eſt: *Alanos quoſdam transfugas receptos numeris adſcripſit.* Syneſius itidem, Scriptor non ita in Chriſtianos Principes iniquus, ἐν τῷ περὶ βασιλείας &c. *in oratione de regno*, nimiæ facilitatis Theodoſium coarguit in admittendis ad ſtipendia, in ditiones, regna & exercitus barbaris, nullo clementiæ iuſtius fructu, præter illatas ab iis injurias. Sumptâ hinc occaſione filium ejus Arcadium hortatur, ut auctis legionibus cumque iis ſimul alacritate, è ſuis delectus agat, rejectis, unde venerant, barbaris. τοῦτο δὲ τὴν πᾶσαν ἐπιμέλειαν ἔχον φανεῖται αὐξηθέντων ἡμῖν τῶν καταλόγων, τοῖς δὲ καταλόγοις τῶν φρονημάτων καὶ γινομένων

ϑρῶν οἰκείων τῶ συνταγμάτων. hoc eſt: *d autem perfacile eſſe videtur, ſi nu-neri augeantur, iiſque alacritas & a-nimus addatur, atque legiones domeſti-a & noſtra fiant.* Sed ut redeat oratio noſtra ad milites Auxiliarios, Vegetius ib.2.c.2. eos ſub Imperatoribus ſic de-cribit: *Auxiliares conducuntur ad prælium ex diverſis locis, ex diverſis muneribus venientes; nec diſciplina in-ter ſe, nec notitia, nec affectione conſen-tiunt. Neceſſe eſt autem tardius ad vi-ctoriam pervenire qui diſcrepant, ante-quam dimicent. Denique cum in expe-ditionibus plurimum proſit omnes mili-tes unius præcepti ſignificatione conver-ti, non poſſunt æqualiter juſſa complere, qui ante pariter non fuerunt. Tamen hæc ipſa auxilia ſi ſollemnibus diverſiſ-que exercitiis prope quotidie roboren-tur, non mediocriter juvant. Nam le-gionibus ſemper Auxilia tanquam le-vis armatura in acie jungebantur, ut in his præliandi magis adminiculum eſſet, quàm principale ſubſidium.* Sene-ca de beat. Vit.c.8. *corpori grata & ad-ventitia eo nobis loco ſint, quo ſunt in caſtris auxilia & armatura levis.* Au-xilia comperimus eſſe duplicia, Extra-

nea

nea nimirum & Socialia. Illa mittebantur à Regibus exteriſque Rebuſpublicis, & quia inprimis ſpectanda hîc mittentis voluntas, nihil eſt quod de ipſis dicam. Socialia vel aſſignabantur certæ legioni, aut ſeparatim habita ad loci regioniſve cuſtodiam, ubi vires Legionum non requirebantur. Tacit. 1. hiſt. *octo Batavorum cohortes decimæ quartæ legionis auxilia*. & 2. hiſt. *Ligurum cohors vetus loci auxilium*. Quod ad legionum Auxilia libera Rep. ante bellum Marſicum, cum Romani exercitum conſcriberent, Socii *ex fœdere* tantundem ordinarie peditum, cum equitum duplo [Polyb. l. 3. & 6.] armabant. ordinariè dico, quia non ſemper ad iſtum exacte modum id fiebat, ut plurima Livii, Appiani, aliorumque authorum loca comprobant; ſed plus minuſve educebatur, prout conditionem rei gerendæ variarent circumſtantiæ. Sub Imperio, *illa ratio ſervata eſt*, ait Vegetius, *ne unquam amplior multitudo ſociorum auxiliarium eſſet in caſtris, quàm civium Romanorũ*. Libera Rep. Auxilia Legionum non à *Tribunis* ſed à *Præfectis* regebantur, diſpari quidem nomine, ſed autoritate pari, Polybii quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

quoque ævo, ut videtur, numero pares. Vni enim Conſuli duodecim aſſignat Præfectos, qui præerat duabus legionibus, ideoque duodecim ſub ſe habuit Tribunos. Iam cum ſeligerentur extra ordinem copiæ, ex arbitrio Præfectorum, qui præ reliquis probatiſſimâ virtute erant, peditum ſcilicet quinta pars, equitum tertia, quicquid ſupereſſet Auxiliariorum dividebatur in duas centurias, quarum altera cornu δεξιὸν καὶ ἐπώνυμον κέρας *dextrum & ſiniſtrum cornu vocabatur*. Polybius lib.6. cum egiſſet de Tribunis. ſubjungit, ὁ δὲ αὐτὸς τρόπος τῆς ἀρχῆς μὲν καὶ τῶν πραιφέκτων περὶ τοὺς συμμάχους. hoc eſt: *Eadem autem ratio imperii præfectorum in ſocios.* hæc ita ut extra ordinem copiæ, ἐκτραορδινάριοι καὶ ἐπίλεκτοι, conſtent 800. peditibus,&200.equitibus. Atq; hæc ſunt quæ de illorum partitione & ducibus tradit Polybius. In Livio lib.6. Latini in bello contra Romanos habent eoſdem duces & partitiones, quas in Romana Legione vidimus.Sed an ubique & ſemper idem ſervârint & loco auxiliorum habuerint, ſtatuere nequeo; conjecerim potius non. Notiſſima diviſio, tam liberâ Rep. quàm ſub Imperio, Auxiliorum

rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

rum illa fuit, ſeu locorum aſſignata cuſtodiæ ſeu legionibus adſcripta conſideres, in *cohortes* peditum, & *Alas* equitum. Et ita ſæpe Tacitus vocem *Auxilia* per interpretationem quaſi reſolvit, 4. hiſt. *Cohortium, Alarum, Legionum hiberna*, id eſt, *Auxiliorum & Legionum*: 1. hiſtor. *Adſciſcitur Auxiliorum miles primo ſuſpectus tanquam circumdatis cohortibus aliſque impetus in legiones pararetur.* Auxiliariæ cohortes ut à Legionariis diſtinguantur quandoque vocatæ *Sociæ cohortes, leves cohortes, & Alariæ cohortes*; ut *Alæ* interdum ſunt *Alarii Equites*. Cæſar, Livius, Tacitus. quot autem cohortes & alæ, ex jam dictis, plerumque attribuerentur Legioni, non aſſeveraverim. Vitellius cum Romam ingrederetur in octo victis legionibus habuit triginta tantum quatuor cohortes. Tacit. 2. hiſt. Auxilia decimæ quartæ legionis fuerunt octo cohortes. Tacit. 1. hiſt. Si ordinarius hic numerus fuit, & ex uſu iſtius temporis, ſingulæ cohortes contineant ad minimum ſexcentos; Auxiliares pedites unius legionis conficerent quatuor millia & octingentos. Et tamen Agricolæ tres legiones in Britannia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

tannia habuêre tantum octo millia, reliquis fortè in præſidia diſtributis. Tac. Agric. *Equitum alæ*, inquit Vegetius, *ab eo dicuntur quod ad ſimilitudinem alarum protegant aciem. Alæ dictæ exercitus Equitum ordines, quod circum legiones dextra ſiniſtraque tanquam alæ in avium corporibus locabantur.* Gellius lib. 16. cap. 4. Continebat Ala, ut opinor, fere trecentos equites. Apud Tacitum 2. hiſt. res certa eſt, *quod ex quatuor equitum turmis & univerſa Treverorum Ala*, parte retenta *in Colonia Forojulienſi præſidii cauſa, duodecim turmæ adverſus hoſtem iêre.* Vt ala plus contineret quàm octo *turmas*, id eſt ducentos quadraginta equites. *Ala equitum* quæ Scipionem in Africam ſequebatur conſtabat trecentis Liv. lib. 29. Et quod Ala poſterioribus ſeculis notet haud ſpernendum numerum, illa oſtendunt quæ Tacitus de *Ala Syllana* prodit 1. hiſt. Singulis autem Legionibus duæ ad minimum Auxiliariorum alæ adſcriptæ Ioſephus. ἁλώσ. cap. 5. ſex alas facit Auxilia trium legionum. Et Tacitus 3. hiſt. de ſexdecim Alis in Illyrico ſcribit, ubi tum ſex aut ſeptem legiones erant. Contra Vitellius in octo

ſuis

ſuis non integris legionibus duodecim tantùm alas habuit. Agricolæ tribus legionibus in Britannia tria fuerunt millia auxiliariorum equitum. Quicunque cohortes auxiliarium peditum ducerent, poſtea tenuerunt nomen *Præfectorum*; quales & poſterioribus temporibus duxerunt alas equitum, à peditibus ſejuncti; quorum tamen haud meminit Polybius. Inferiores Alarum duces, ut & in legionariis uſu receptum erat, Decuriones vocati. Numerus mihi incertus nec definiendus. A vero abludere non videtur, præfectos fuiſſe æquatos numero cohortium & alarum, Decurioneſque ut in Legione, uni turmæ tres fuiſſe, conſtanti triginta equitibus. Vt finem imponamus huic capiti, quanquam Imperialia Auxilia non ſervârint ſemper eandem rationem, ut exemplis fecimus manifeſtum, tamen duabus alis & octo cohortibus in Auxilia legionis conſcriptis, ſuppoſita eorum, quæ præmiſimus, veritate, Legio Imperialis ejuſque Auxilia conſtabant duodecim hominum millibus, nimirum ſex millibus peditis legionarii & ſexcentorum equitum, quatuor millibus octingentis auxiliariis peditibus, ſexcentiſque equitibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

tidem auxiliariis. Summa colligitur duodecim millium. Vegetius lib. 3. c. 1. ex aliis partibus totum idem conſtituit. *Una legio*, ait, *mixtis auxiliis hoc eſt decem millia peditum, & duo millia equitum*, ut pro quinque peditibus numeretur unus eques. Ex illis ſexies mille centum pedites, ſeptingenti viginti ex equites, prout ipſe rationem init, erant legionarii, reliqui ter mille nongenti pedites, & mille ducenti ſeptuaginta quatuor equites, in Auxiliis computati. Vel ſi rotundius malis, quater mille pedites & mille ducenti equites, proximè antiquitus receptam & Polybio deſcriptam proportionem. Duplum equitatus in legione. In delectu nomina fuerunt legionibus indita ex ordine quo conſcribebantur, prima, ſecunda, tertia, &c. πρὸς τὴν τῶν καταλόγων τάξιν. id eſt: *juxta ordinem legionum.* Dionyſ. lib. 48. Valuit ea conſuetudo, ut conjicio, à prima inſtitutione, quamdiu Romani arma ſumerent aut deponerent ſingulis annis. Sed cum poſtea ſub ſignis legiones retinerent manente prima appellatione, ſuffectiſque novis in ſecula conſervarent, reliquis diſſolutis aut miſſis, nomen haud amplius fuit ordinis

nota,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

nota, ſed ſimpliciter nomen datum eſt proprium. Poſtmodum ſub Auguſto apud Dionem memorantur nobis tres Tertiæ, & duæ Sextæ, cognominibus diſtinctæ, Tertia Italica, Tertia Cyrenaica, Tertia Auguſta; Sexta Victrix & Sexta Ferrata. Exempla, ſic cognominibus diſtinctè inſigniendi legiones, non occurrunt ante Cæſarem; poſt ſine fine; agente id ambitione, ut ſumerentur cognomina vel à regione vel caſu, vel diſtinctionis gratiâ vel voluptatis atque ex libitu. Sic nomina ſingularia habuerunt auxiliariæ cohortes & Alæ, præſertim datæ loci præſidium, ut *cohors decima ſeptima*, *decima octava* à numeris; *cohortes Tungrorum*, *Rhætorum*, *ala Treverum*, *Canineſas*, à nationibus. *Ala Syllana*, *Scriboniana*, *Petrina*, *à Sylla*, *Scribonio*, *Petra*, qui in primo delectu fuerunt duces, ut opinor. *Ala ſingularium* ignoro qua occaſione.

Poſt habitos delectus ſequitur magnum myſterium rei Romanæ, ait Herodianus lib. 8. [στρατιωτικὸς ὅρκος, ὅς ἐστι τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς σεμνὸν μυστήριον] *Sacramentum militare* vera forma & eſſentia militis, abſque quo legitime ante omnia

omnia præſtito, vel poſtquam exſpiravit, miſſis nempe legionibus, nefas erat cuiquam etſi in caſtris verſaretur, cædere aut vulnerare hoſtem, aut prælium inire. Plutarch. Ῥωμαϊκῶν κεφ. & epiſtola Catonis ad filium citata Ciceroni 2. offic. Iusjurandum iſtius hæc eſt apud Polybium formula Η ΜΗΝ ΠΕΙΘΑΡΧΗΣΕΙΝ ΚΑΙ ΠΟΙΗΣΕΙΝ ΤΟ ΠΡΟΣΤΑΤΤΟΜΕΝΟΝ ΥΠΟ ΤΩΝ ΑΡΧΟΝΤΩΝ ΚΑΤΑ ΔΥΝΑΜΙΝ. id eſt: *Obſecuturos ſe, & imperata à ducibus facturos pro viribus.* lib. 6. Dionyſ. l. 11. Eodem fere modo concipit. ὁ γὰρ ὅρκος, ὁ στρατιωτικὸς, ὃν ἁπάντων μάλιστα ἐμπεδοῦσι Ῥωμαῖοι τοῖς στρατηγοῖς, ἀκολουθεῖν κελεύει τοὺς στρατευομένους ὅποι ποτ' ἂν ἄγωσι. hoc eſt: *Sacramentum militare quod Romani ducibus præſtant, ſequi jubet milites quocunque ducantur.* Livius lib. 22. *Milites tunc jurejurando à tribunis militum adacti juſſu Conſulum conventuros, neque injuſſu abituros.* Cum quo illud apud Veget. lib. 2. cap. 5. convenit: *Iurant milites ſe omnia ſtrenuè facturos quæ præceperit Imperator, nunquam deſerturos militiam, nec mortem recuſaturos pro Romana Rep.* Locus Livii, paulò ante dictus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

mentionem facit voluntariæ conjurationis, *quæ poſtea*, inquit, *ex voluntario inter milites fœdere ad legitimam jurisjurandi adactionem tranſlata eſt*, Servius ad 8. Æneid. *Conjuratio, quando ſingulos interrogare non vacat, ſed qui convenerunt, ſimul jurant, ut cum eſt tumultus id eſt bellum Italicum vel Gallicum.* Forma ejus hæc, FVGAE ATQVE FORMIDINIS ERGO NON ABITVROS SESE, NEQVE EX ORDINE RECESSVROS, NISI TELI SVMENDI AVT PETENDI AVT HOSTIS FERIENDI AVT CIVIS SERVANDI CAVSA. Præter hoc Sacramentum reperio aliud quod non abſurdè voces fidelitatis & Imperii. Sed non recordor, an tempora Imperatorum præceſſerit, nec ne. Poterat tum jurari in Senatus Populique Romani nomen, ut poſtea in Principis. Arrianus ſic nobis illud præformat Η ΜΗΝ ΠΡΟΤΙΜΗΣΕΙΝ ΑΠΑΝΤΩΝ ΤΗΝ ΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΩΤΗΡΙΑΝ. hoc eſt: *Salutem Cæſaris ſe omnibus rebus antehabituros.* M. Antonius in funebri oratione apud Appianum recitavit verbatim atque ex charta Sacramentum quod D. Iulio juraverant. Η ΜΗΝ ΦΥΛΑΞΕΙΝ ΚΑΙΣΑΡΑ, ΚΑΙ ΤΟ ΤΟΥ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΩΜΑ, ΠΑΝΤΙ ΣΘΕΝΕΙ ΠΑΝΤΑΣ, Η ΕΙ ΤΙΣ ΕΠΙΒΟΥΛΕΥΣΕΙΕΝ ΕΞΩΛΕΙΣ ΕΙΝΑΙ ΤΟΥΣ ΜΗ ΑΜΥΝΑΝΤΑΣ ΑΥΤΩ. hoc eſt: *Cæſarem ejuſque corpus omnibus viribus, omnes ſe cuſtodituros, exſecrandos omnes, qui, ſi inſidiæ ſtruerentur, non omni ope eum defenderent.* Sueton Cajo cap. 15. ſubjungit hanc clauſulam, NEQVE ME LIBEROSQVE MEOS CARIORES HABEBO QVAM CAIVM ET SORORES EIVS. Sacramento militari adigebantur tam Auxiliarii quàm Legionarii ſtatim ab habito delectu, ἐπιτελεσθείσης τῆς καταγραφῆς, *abſoluto delectu*, ait Polybius. Iusjurandum imperii præſtabatur à militibus, magiſtratibus, Senatu & Populo Romano atque Provincialibus, mutatis mutandis, habita ratione perſonarum, in creatione novi Principis, quoties id contingebat. Plin. l. 10. ep. 60. ad Trajan. *Quo die ſuſcepiſti imperium præiimus, & commilitonibus iusjurandū more ſollenni præſtantibus & Provincialibus &c.* poſtea anniverſarium exſtitit invaleſcente adulatione, & cum Ianuarii Kalendis repeti ſolebat; quo tempore Magiſtratus & Senatus itidem jurabant in acta Principis & An-

teceſſorum. Tacit. Annal. 16. Dio lib. 47. Triumviri, inquit, ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ αὐτοί τ' ὤμοσαν, καὶ τοὺς ἄλλους ὥρκωσαν βέβαια νομιεῖν πάντα τὰ ὑπ' ἐκείνου (Iulio Cæſare) γενόμενα, καὶ τοῦτο καὶ νῦν ἐπὶ πᾶσι τοῖς τὸ κράτος ἴσχουσιν, ἢ καὶ ἐπ' αὐτοῦ ποτε γενομένοις καὶ μὴ ἀτιμωθεῖσι γίγνεται. hoc eſt: *Kalendis Ianuarii & ipſi jurârunt, & alios jurijurando adegerunt, ſe rata habituros omnia acta Cæſaris, quod adhuc obſervatur in iis qui rerum potiuntur, ſucceſſoribuſque ipſorum*, exceptis *quorum damnata memoria*. eſt jusjurandum non in acta tantum principis ſed etiam in agenda τὰ πραχθησόμενα. Sub Cajo & ſequentibus non juratum in *acta Tiberii*; neque ſub Claudio in *acta Caji*. Dio. lib. 57.


Romana Caſtrametatio ex mente Polybii & aliorum Veterum hanc figuram habet. lib. 6.

PRÆTORIVM] Quadratum cujus quodque latus pedum 200; tabernaculum Ducis ejuſque familiæ, area ita delecta ut eſſet aptiſſima proſpectui & imperio. παραγγελίαν vocat Polybius velut vexillum prolatum, aut ſimile quid, nam hæc muta ſigna ab ipſo intelligi exiſtimo.

d. d.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21


Auxilia externa
Extraordinarii Pedites
Extraordinarii Equites
Selecti ac voluntarii pedites.
Selecti ac volũtarii Equites.
PRÆTORIUM
QUÆSTORIUM
FORUM
VIA PRINCIPALIS.
Auxiliares Pedites
Auxiliares Equites
Decem Ordines Hastatorum
Decem Ordines Principum
Decem ordines Triariorum
Decem turmæ Equitum
VIA QUINTANA
VIA
Tabernacula primæ legionis.
Tabernacula ſecundæ legionis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

d.d. Via 50. pedes lata ducens à medio prætorii ad portam H. in ſummâ paginâ.

c.c.c.c. Via priori directè oppoſita, ejuſdem latitudinis, ducens à Prætorio ad portam K, in imâ paginâ, ad cujus viæ dextram una legio locabatur cum ſuis Auxiliis, & alia ad ſiniſtram. Iam à Prætorio ad K, demenſis centum quinquaginta pedibus in uſus de quibus pòſt, ibi initium faciemus locandis gregariis militibus.

Decem turmæ Equitum] Series tabernaculorum pro Equitibus primæ legionis, diviſa in X partes, juxta numerum turmarum in Polybii legione, quæ conſtat, ut ante explicatum, trecentis equis & quater mille ducentis peditibus. Prima Turma collocata proximè ad Prætorium, & reliquæ verſus portam K. Hæc tabernacula in longum jacent, & apertæ verſus viam c. c. c. c. quodvis latus eſt centum pedum, ita ut uni equiti ſtatio cedat æqualis quadrato quaqua verſum paulò plus pedum decem & octo.

Longitudinem caſtrorum voco juxta Polybium, à ſumma pagina ad imam; & à ſiniſtra ad dextram, latitudinem;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

quanquam imam partem promiſcuè vocet *βάθος* & *πλάτος* *profunditatem & latitudinem.*

Decem ordines Triariorum] decem tabernacula pro decem ordinibus aut manipulis Triariorum primæ legionis cum ſuis centurionibus [Centuriones, ut ſentit Polybius, locantur in extremo verſus viam καθ' ἑκάστην δὲ σημαίαν τὰς πρώτας ἀφ' ἑκατέρου τοῦ μέρους σκηνὰς οἱ ταξίαρχοι λαμβάνουσι.] & ductoribus, aversâ parte cum aversâ Equitum junctâ, & apertâ verſus viam, e.e.e.e. quinquaginta pedum latam. Primus pilus proxime ad Prætorium locatus, & ſic cæteri verſus portam K. Vbi omnes Decimi ordines locati. quodque tabernaculum in longitudinem centum pedum, in latitudinem quinquaginta præbet locum ſexaginta Triariis & recipit partem aliquam Velitum τῶν γροσφομάχων τοὺς ἐπιβάλλοντας. Quod ſi quis conſideret proportionem ordinis Triariorum, ad ordines Principum & Haſtatorum, & numerum Velitum in Polybii legione, erunt circiter viginti quatuor homines. Iuxta quam rationem, uni pediti ſtatio cedebat æqualis quadrato paulo plus octo pedum.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

In altera parte viæ e. e. e.e. taberna-cula *decem ordinum Principum primæ legionis*, & à dorſo iſtorum tabernacula X *ordinum Haſtatorum*, apertis unis in viam e. e. e.e. alteris in viam f. f. f. f. quæ etiam quinquaginta pedes lata. Quodque tabernaculum iſtorum viginti, quadratum eſt, quodque latus habet centum pedes, & tendunt ibi centum viginti ſui ordinis, quadraginta octo Velites præterea, pro proportione ad tabernacula Triariorum; qui pro dimidia parte virorum, areæ quoque dimidium habent.

In altera parte viæ f. f. f. f. ſunt tabernacula *Auxiliarium equitum in dextro cornu*, & retro eos *Auxiliarium peditum in dextro cornu*; Equitibus aditus in via f. f. f. f. peditibus in vacuum inter tabernacula & vallum, qua de re mox. Iam Equites Auxiliares legionis (extraordinariis deductis) cum ſint juxta Polybium quadringenti, & tributis pro trecentis Legionariis Equitibus decem tabernaculis centum pedum in omnes partes, tribuenda ſunt iſtis eâdem proportione decem tabernacula quodque centum pedum in longum, (nam illa ratione augeri nequit) & centum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

quinquaginta in latum, ut juxta commodè, uti reliqui, tendere poſſint. [ex arte Mathematica forent centum triginta tres cum triente. Sed Polybius iſtas minutias non affectatur tam ad amuſſim, neque Romani in hoc genere doctrinæ tanti artifices fuerunt, ſi Romano Poëtæ fidem habemus *Excudent alii ſpirantia mollius æra &c.*] Et ita Polybius expreſsè his verbis, διὸ καὶ τὸ βάθος αὔξοντες τούτοις πρὸς λόγον ἐν τοῖς στρατοπεδευτικοῖς σχήμασι πειρῶνται κατὰ τὸ μῆκος ἐξισοῦν τοῖς τῶν Ῥωμαίων στρατοπέδοις. hoc eſt: *In caſtris locandis Auxiliarium Equitum tabernacula in longitudine æquant Legionariorum aucta latitudine pro numero militum.* Similiter pedites poſt Extraordinarios demptos, cum ſint ter mille trecenti ſexaginta, hoc eſt, trecenti triginta ſex milites pro quovis tabernaculo; & tabernacula in longum pedum centum tantum, neceſſe eſt ut in latum extendamus ad ducentos pedes, duplo latiora quàm Principum aut Haſtatorum, cum etiam ſint duplo plures. Polybius enim ita nos monet hoc loco, αὔξειν τὸ βάθος πρὸς λόγον, *augere latitudinem pro proportione.*

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Ad ſiniſtram viæ c. c. c. c. ſunt tabernacula ſecundæ legionis cum ſuis Auxiliis, eâdem proportione & ordine per omnia ut Prima. Atque ita latitudinem caſtrorum habemus ab extremis peditibus Auxiliariis unius Legionis, ad extremos alterius, mille ſexcentos quinquaginta pedes, vel trecentos triginta paſſus, quinque pedibus in paſſum unum computatis.

VIA QVINTANA] lata pedes quinquaginta ab uno latere ad aliud per totam latitudinem tabernaculorum, ita nuncupata à *Quintis ordinibus*, qui ſupra eam omnes tendebant. In hac via, ut quæ in medio militum, ideoque accommodatiſſima, *forum rerum utenſilium* erat, ait Feſtus. Spatium verò illud centum quinquaginta pedum, ut notavimus, inter tabernacula militum & Prætorium, cedebat VIÆ PRINCIPALI, latæ centum pedes, quæ ſingulari cura, ait Polybius, æquabatur & nitida ſervabatur ad uſus quotidianos & ambulationes diurnas militum; Et quinquaginta reliqui pedes verſus Prætorium cedebant ſeriei tabernarum, quæ ſpectabant in viam principalem, & quæque taberna undique habebat quinquaginta pedes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

pro XII. Tribunis, & XII. Præfectis Sociorum, ipſorum familia, equis & impedimentis. a. a. a. a. a. a. Sunt tabernacula ſex Tribunorum primæ Legionis; primum ſpectans directè verſus Legionarium Equitatum, ultimum viam f. f. f. f. cum ſpatiis intermediis triginta pedum. b. b. b. b. b. b. ſunt Præfectorum tabernacula (quos Polybius videtur oblitus metari) reſpondentque è regione latitudini Auxiliariorum ſtationis, cum ſpatio triginta pedum vacuo inter tertium & quartum tentorium; Et ſimiliter ex altera parte pro ſecunda Legione ſpatium vacuum quinquaginta pedum ſignatum O, reſpondens viæ c. c. c. c.

g. g. g. g. Tranſverſa via ante Prætorium centum pedes lata, ubi judico vigilias conſtitui ſolitas quarum mentio in Polybio, *μία δὲ ἐξ ἁπασῶν καθ' ἡμέραν σημαία ἀνὰ μέρος τοῦ στρατηγοῦ παρακοιτεῖ, ἥτις ἅμα μὲν ἀσφάλειαν παρασκευάζει τοῦ στρατηγοῦ πρὸς τὰς ἐπιβουλάς, ἅμα δὲ κοσμεῖ τὸ πρόσχημα τῆς ἀρχῆς.* hoc eſt: *Vnum quotidiè ſignum per vices Conſuli excubat, quod & ſecuritati cedit Conſulis adverſus inſidias, & ſimul decus addit Majeſtati.*

Extra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Extraordinarii Equites, & Extraordinarii pedites) ſpatium centum quinquaginta pedes longum (nam ita cadet, ſi totam aream tabernaculorum, ut neceſſe eſt, velimus quadrare τὸ μὲν σύμπαν σχῆμα γίνεται τῆς στρατοπεδείας τετράγωνον ἰσόπλευρον. hoc eſt: *Vniverſa figura caſtrorum fit quadrata æquilatera*) & quadringentos quinquaginta pedes latum, reſpondens Quæſtorio & parti Prætorii, pro Extraordinariis Auxiliorum Primæ Legionis, qui erant ducenti equites, & octingenti quadraginta pedites (quibuſdam ſelectis tantùm exceptis [ἀπόλεκτοι ἐκ τῶν ἐκτραορδιναρίων] qui alibi tendebant) pedites verſus vallum, equites, verſus caſtra. Et ita quoque in altero latere pro Secunda Legione.

Auxilia externa] ſpatium ejuſdem longitudinis, & latum trecentos quinquaginta pedes, pro externis Auxiliis, ſi quæ forte adventarent.

Selecti ac voluntarii Equites & Selecti ac voluntarii pedites] Area ducentos pedes longa, & trecentos quinquaginta lata, ubi Selecti ex Extraordinariis Auxiliorum Primæ Legionis locabantur, pedite verſus vallum, Equite

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

verſus Prætorium tendente ; & ita in adverſa parte pro Secunda Legione, loco etiam utrinque relicto pro Voluntariis, qui propter cognationem aut amicitiam, aut aliis de cauſis ducem ſecuti. Hi *ſelecti ac voluntarii* non tantum, ait Polybius, tendebant proximè Ducem, ſed etiam in itinere & quovis tempore præſtolabantur Ducẽ & Quæſtorem; fortè quod eſſent quædam quaſi cohors Prætoria.

QVÆSTORIVM] Area ducentos pedes longa & trecentos ſeptuaginta quinque lata, pro Quæſtore ejuſque familia cum ærario & commeatu, pro foſſoribus, carpentariis, fabris, armariis &c. cum ſuis inſtrumentis & opificibus. Ibi quoque erat Auguraculum οἰωνιστήριον, & fortè, publicus carcer.

FORVM] Area æqualis utrâque dimenſione Quæſtorio. Hic publicè conventus habebantur & Tribunal cum ſede Curuli. Hic quoque videntur fuiſſe illi θῶκοι, quorum meminit Ioſephus 3. ἁλώσ. cap. 6. quibus inſidebant Tribuni & Centuriones in judiciis, decidendis controverſiis, quæ fortè incidebant inter milites.

In foro quoque Aquilæ & ſigna Legionum

gionum cum Aquiliferis & Signiferis, imaginibus Deorum, poſtea etiam Principis ac liberorum ejus, & nonnunquam etiam potentium & gratioſorum, locabantur. Tacit. 4. Annal. *Colique per Theatra & fora effigies Sejani interque Principia Legionum ſineret.* Suet. Tib. c. 48. *Quædam munera Syriacis Legionibus largitus eſt, quod ſolæ nullam Sejani imaginem inter ſigna coluiſſent.* Tacit. 15. Annal. deſcribens ſollennem conventum eo loci ait, *Inde Eques, hinc agmina Legionum ſtetêre fulgentibus Aquilis ſigniſque & ſimulachris Deûm in modum templi. Medio Tribunal, ſedem Curulem & ſedes effigiem Neronis ſuſtinebat.* Aquilæ, niſi forte in Comitiis & conventibus collocabantur in parvis ſacellis. Dio lib. 40. ἔστι δὲ νεὼς μικρὸς καὶ ἐν αὐτῷ ἀετὸς χρυσοῦς ἐνίδρυται· καθίσταται δὲ ἐν πᾶσι τοῖς στρατοπέδοις. hoc eſt: *In omnibus caſtris conſtituitur exiguum ſacellum, & in eo collocatur Aquila aurea.* Signa ſub dio collocabantur, ut quæ tantum eſſent perticæ oblongæ tectæ argento, appendentibus ſub Imperio Principum imaginibus, ideoque difficulter in tentoriis ſiſti poſſent. Et tamen Herodianus o-

mnia videtur locare in uno ſacello l. 4. ἔπεσεν εἰς τὸν νεὼν, ἔνθα τὰ σημεῖα καὶ ἀγάλματα προσκυνεῖται. hoc eſt : *incidit in ſacellum ubi ſigna & ſimulachra adorantur.* προσκυνεῖται, inquit, nam perinde Aquilæ & ſigna ut ſimulachra Deûm & imagines Principum à Romanis militibus adorabantur pro Diis. Ideoque locus, qui iſta reciperet, inter Sacros. Nam per *Principia* quorum toties meminit Tacitus, 1. hiſt. *in ipſis Principiis ſtuprum auſa.* 3. hiſt. *Nox proditioni electa, ut cæteris ignaris ſoli defectores in principia coirent.* Ibidem, *Secreta caſtrorum affectans in principia vocat.* Paulò poſt, *Sed ubi totis caſtris infamâ proditio recurrens in principia miles.* Et alii, puto FORVM præcipuè notari, quanquam alicubi apud Hiſtoricos *principia* videntur ſtrictè ſumenda pro ſerie illâ tabernaculorum, ubi Tribuni & Præfecti tendebant, illo præſertim Taciti loco 1. Annal. *Prima Vari caſtra lato ambitu, & dimenſis principiis trium Legionum manus oſtentabant.* & aliis quibuſdam apud Tacitum locis verbum hoc *principia* ſumendum videtur pro ipſa Aquila ſignisque. *Principia* ἀρχεῖα, αἱ τῶν ἡγεμόνων σκηναί.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

σκηναί. Tacit. 2. hiſt. *Primani ſtratis una & Viceſimanorum Principiis Aquilam abſtulêre.* 4. Annal. *Effigies Sejani inter Principia legionum.*

N. N. N. N. &c.] Vacuus locus ducentos pedes latus circumcirca inter tabernacula & vallum. Vſus hujus loci ad commodum ingreſſum & egreſſum legionum, ad cuſtodias tutiores pecudum noctu, quæ ſunt commeatus exercitui, aut quæ ab hoſtibus capiuntur. Sed præcipuus uſus ut hoſtes nocturnis invaſionibus in vallum, neque ignes aut tela injicere poſſint, cum damno, in tantâ diſtantiâ.

P. Q. R. S.] Agger ſeu vallum χάραξ ἢ χαράκωμα, circuitu ſuo tota caſtra amplectebatur. *Agger* ſignificat *cujuslibet rei coacervationem*, ut Servius notat ad x. Æneid. hic reſtricta ſignificatione eſt acervus terræ, qui congeritur erigiturque ad defenſionem caſtrorum. In eo figebantur *Valli* cum duobus, tribus aut quatuor furcatis capitibus ſeu apicibus, ſibi invicem innexis & plexis, & in hunc uſum à milite præparati & portari ſoliti, à ſingulis ſæpe tres, quatuor, aliquando & *uſque ad ſeptenos vallos* ait Livius. Ab iſtis vallis tota

caſtro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

caſtrorum munitio Vallum nuncupatur. [Varro l. 4. *duas alias adfert Etymologias, vallum quod ea variare nemo poſſit; vel quod ſingula ibi extrema bacilla furcillata habent figuram literæ V.* qui vere deſcribit vallos.] In vallo, juſtis intervallis erecti aggeſtus ſpecie turrium, ἐπὶ τῶν μεταπυργίων Ioſeph. 3. ἁλώσ. cap. 6. inter quos locatæ baliſtæ, ὀξυβελεῖς, καταπέλται, λιθοβόλα, καὶ πᾶν ἀφετήριον ὄργανον, ἅπαντα πρὸς τὰς βολὰς ἕτοιμα. hoc eſt: *catapultæ, baliſtæ, & quævis machinæ ad jaculandum celeriterque tendendum aptæ,* aliæque illo ævo uſitatæ. Extra vallum foſſa ducebatur ſex pedes profunda, totidemque lata. *Vallum*, ait Servius ad 9. Æneid. *ipſa munitio: Valli fuſtes quibus vallum munitur.*

In vallo caſtrorum quatuor erant portæ. Livius lib. 40. *Æmilius ad quatuor portas exercitum inſtruxit, ut ſigno dato ſimul ex omnibus partibus eruptionem facerent.* Ioſeph. 3. ἁλώσ. Πύλαι δὲ ἐνοικοδομοῦνται καθ' ἕκαστον τοῦ περιβόλου κλίμα. hoc eſt: *In ſingulis caſtrorum lateribus portæ exſtruuntur.* Ita cum latera quatuor eſſent, neceſſe quoque quatuor fuiſſe portas.

H. Porta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

H. Porta prætoria, ita dicta à Prætorio, quod proximum erat, prima Caſtrorum porta, & periculum ſi ingrueret, proxima hoſti.

K. Porta Decumana ita nuncupata ì *Decimis ordinibus ibi tendentibus*, ıt ex præcedenti deſcriptione conſtat; ıverſa porta caſtrorum, & in periculo ongiſſime diſtans ab hoſte. Aliàs in lois tutis, ut docet Polybius, opportunias aquationis & pabulationis potius in ocandâ hac porta conſiderabatur, quia regarius miles omnis hic ferè tenebat.

M. Tertia caſtrorum porta. Siniſtra rincipalis, & L, quarta, Dextra princialis, ita dictæ quod ſpectant ducuntque ı viam principalem. Livius loco ſupra icto lib. 40. ſic deſcribit. 1. *Extraorinaria*, 2. *Dextra principalis*. 3. *Sinira principalis*. 4. *Quæſtoria*. Ex quiıs *Extraordinaria* ſine dubio eſt eaem cum *Prætoria*, quod ibi Extraornarii tenderent, ita ut *Quæſtoria* eaem ſit cum *Decumana*, fortè quod uæſtoria à Decumana non longè abſet, ipſius judicio. Et ita videtur acpiſſe alibi lib. 10. *Ab tergo caſtrorum ecumanâ portâ impetus factus: itaque*

que captum Quæſtorium. Sed hic ſitus Quæſtorii conſiſtere nequit cum deſcriptione Polybii, cui hac in re potius habenda fides. Iam verò quod Prætoria proxima hoſti, & Decumana ab hoſte remotiſſima, ex Cæſare conſtat lib. 3. de bel. civil. *Pompejus*, ait, *acie exceſſit, protinuſque ſe in caſtra equo contulit, & iis centurionibus quos in ſtatione ad Prætoriam portam poſuerat, clare, Tutamini*, inquit, *caſtra.* Et mox, *Pompejus cum intra vallum noſtri verſarentur, equum nactus Decumanâ portâ ſe ex caſtris ejecit.* Quod *Prætoria*, prior porta fuerit, & *Decumana*, poſterior, apparet ex Livii loco ſupra citato, lib. 10. *A tergo caſtrorum Decumanâ portâ, impetus factus.* Imo Polybius perpetuo latus K. vocat τὴν κατὰ πρόσωπον πλευρὰν τοῦ χάρακος. hoc eſt: *Anteriorem partem valli*, & latus H. τὴν ὄπισθεν πλευρὰν τῆς στρατοπεδείας. hoc eſt: *Poſteriorem partem caſtrorum*, ut exiſtimo, tantum ex præſuppoſito & docendi cauſa, quia in deſcriptione ſua orditur à *Prætorio*, & procedit verſus *Decumanam portam.*

Ita habemus deſcriptionem duarum Polybii legionum cum Auxiliis, qui juſtu

tus exercitus Conſulis fuit ; Campus
erfecte quadratus,non ut Græci(quan-
quam ſi non fallitur Frontinus, Roma-
i omnem hanc caſtrametationis ſcien-
iam acceperunt à Pyrrho Græco) qui
aſtra formabant ad loci ſitum , cum
Romani formarent locum caſtris , εἰ
μὲν ἀνόμαλος ἂν τύχοι χῶρος , ἐξομαλί-
ζεται. hoc eſt : *ſi inæqualis locus offer-
ur , planus fit*. Ioſ. & locus ita diſtin-
itur ea viarum ſerie , ut eadem facili-
ate ſtationem quiſque ſuam reperire
oſſet , ac ædes ſuas in oppido quo na-
us. Tota perimetrus eſt intra vallum
cto millium ducentorum pedum , vel
nille ſexcentorum quinquaginta paſ-
uum ; quoquo latere , juxta præſuppo-
ta,bis mille quinquaginta pedum.Cum
erò legiones completiores eſſent quàm
rdinariæ , pro metandis peditibus &
quitibus , ex proportione in longum
latum partitiones augebantur. Poly-
us τὸ κατὰ λόγον καὶ τῷ μήκει καὶ τῷ βάθει
σκηνῶν προστιθέασι , & ita quadrata fi-
ura perpetuò ſervabatur. Sed ſi Auxi-
a excederent, primo junxêre Quæſto-
um & forum in unum , atque hoc in
ud collocabant ; vel ſi hoc non ſuffi-
eret , plures ſeries tabernaculorum fa-
cie-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ciebant, ad dextram ſiniſtramque Auxiliarium, latitudine ſic aucta, retenta longitudine. Similiter cum plures quàm duæ Legiones ſub uno Duce metandæ eſſent ſimul, figura fiebat, ut conjicio, ἑτερομήκης in latus tantum extenſa pluribus ſeriebus tabernaculorum utrinque factis ad viam c.c.c.c. Nam Tacitus ſupra citato loco indicat ex menſura Principiorum, inveniri poſſe numerum Legionum, quod ſi fieret in longum extenſio non poſſet ea ratione tam commodè diſcerni, ſed cum quatuor legiones ſub duobus Conſulibus unis caſtris comprehendendæ erant (Polyb. ὅταν δὲ συμβαίνῃ τοὺς ὑπάτους ἀμφοτέρους χωρὶς στρατοπ. ita enim reſtituenda iſtius loci lectio, non ὁμοῦ στρατοπ. & linea proxima pro χωρὶς, contra legendum ὁμοῦ) ſi Duces ſtationes ſervare vellent quiſque ſuas, itidem fiebat oblongum quadrangulum, conduplicatum in longitudine, conveniens per omnia, huic deſcriptioni, & ita bina caſtra continebant alterum tantùm areæ, perimetro altero dimidio majore cum ſex portis, duabus Decumanis, duabus ſiniſtris principalibus, & duabus dextris, ſine ullâ omnino prætoriâ. Sed ſi liberet quandoque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

›que conjungere ſimul, collocabant ›RVM, QVAESTORIVM, PRAETO- IVM in medio inter duos exercitus. xtraordinarii autem & Auxilia exter- ı tendebant hoc caſu, ut videtur, inter 'ribunorum & militum tabernacula › loci ſpatio, ut ſupra; & aptis ad eam :m utrinque viis.

Caſtris præerat PRAEFECTVS ;ASTRORVM, Veget. l.2.c.10. cu- ıs munus erat, metari caſtra, proſpice- : ut pura ſervarentur, ordinare vallum : foſſas, militibus eorumque impedi- ıentis loca aſſignare, providere de vi- tu ſalubri & Medicis ad curandos æ- ros; & ſalaria Medicis dare, &c. Spe- iatim verò fabris ferrariis, carpentariis : ſimilibus machinariiſque præerat, qui ɔcabatur PRÆFECTVS FABRÛM. 'eget. lib.2. cap.11. Hi ambo, ut exi- imo, tendebant in Quæſtorio, ubi for- : & Legatis Legionum, & Rep. libera egatis Conſularibus erat ſuus locus.

Poſt fixa tabernacula & caſtra poſi- , μετὰ τὴν στρατοπεδείαν Polyb. lib.6.& ɔ. 10. Ὅταν ἀθροισθῶσι πρῶτον εἰς τὴν τερεμβολὴν ἐξιέναι μέλλοντες εἰς τὴν πο- εμίαν. hoc eſt: *cum primum congre- entur in caſtris, in hoſtilem ducendi,*

qui-

quicunque exercitum ſequebantur ſervi liberive, adigebantur ſacramento, quod Caſtrenſe vocant, atque ex Polybio tale eſt, ΜΗΔῈΝ ἘΚ ΤΗ͂Σ ΠΑΡΕΜΒΟΛΗ͂Σ ΚΛΈΨΕΙΝ ἈΛΛᾺ ΚᾺΝ ΕὟΡΗ ΤΙ ΤΙΣ ΤΟΥ͂Τ ΑΝ ΟΙΣΕΙΝ ἘΠῚ ΤΟΥ͂Σ ΧΙΛΙΆΡΧΟΥΣ. hoc eſt: *Ne in caſtris furtum faciat, ſed ſi quid forte inveniat, ad Tribunos deferat*. lib.6. & alibi attingit rem majoris momenti, quæ ſpectat ſpolia ex direptionibus urbium, ut illa ſcilicet fideliter in medium proferantur; res excogitata utiliter, ſeu reſervanda publicis uſibus ſpolia, ſeu in milites dividenda, deterrimis quibusque hac in parte alacritatem ferè ſuam probantibus. Sed faciebat illud inprimis ad confirmandos eorum animos, qui Conſulis juſſu armati remanſerant in excubiis ad ſubita caſuum, cum ita certi eſſent de prædæ æqua cum cæteris parte. A. Gellius exhibet nobis iſtius jurisjurandi formam exactius & uſque ad excuſſas minutias, ex Cincio de re militari. *In exercitu decemque millia paſſuum prope furtum non facies dolo malo ſolus, neque cum pluribus pluris nummi argentei in dies ſingulos: extraque haſtam, haſtile, ligna, pabulum,*

utrem,

utrem, follem, faculam, ſi quid ibi in-veneris, quod pluris nummi argentei rit, uti tu ad Coſſ. ſive ad quem eorum lter juſſerit perferas, aut profitebere in riduo proximo, quidquid inveneris ſtuleriſve dolo malo, aut domino ſuo ujum id cenſebis eſſe reddes, uti quod ectum eſſe voles.

Legionario in expeditione ſtipen-ium præbebatur in pecunia, frumento veſte, & poſt miſſionem aliquid in ecunia numerata, aut agris hæredita-is, nonnunquam utrumque. De ſtipen-o ſic Livius ſcribit lib. 4. *Anno urbis ndita 349. decrevit Senatus ut ſti-ndium miles de publico acciperet, m ante id tempus de ſuo quiſque fun-us eo munere eſſet.* [Pedes tantum, m triennio poſt, *Equiti primum cer-s eſt numerus æris aſſignatus* Livius] lybius lib. 6. definit quantitatem, ſal-n uſu temporis ſui receptam, tribuit-e pediti in ſingulos dies *tertiam achmæ partem* (Drachma eſt octava s unciæ, ſeptem circiter denarii mo-â Anglicâ) *aut obolos duos*, qui Po-io alibi æquivalent quatuor aſſi-, Centurioni alterum tantum, Equiti chmam, vel Romanum denarium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

qui tum valebat aſſes duodecim. Continuatum, ut puto, id ſtipendium uſque ad Cæſaris ætatem, *qui Legionibus ſtipendium in perpetuum duplicavit*, Sueton. Iul. c. 26. Ita ut pediti in diem ſtipendium eſſent aſſes octo, Centurioni ſedecim, Equiti viginti quatuor. Auguſtus illud peditis ſtipendium auxit uſque ad decem aſſes, atque, ut videtur, paulò poſt excrevit in denarium integrum. Tacit. 1. Annal. præter ſtipendium miles quoque poſterioribus temporibus accipiebat *veſtem de publico*, ut tamen, meo judicio, potius fuerint velut inſignia, quàm totus veſtitus. Plutarchus Gracchis, inter leges à Cajo Graccho latas, una erat, inquit, στρατιωτικὸς, ἐσθῆτα κελεύων δημοσίᾳ χορηγεῖσθαι καὶ μηδὲν εἰς τοῦτο τῆς μισθοφορᾶς ὑφαιρεῖσθαι. hoc eſt: *Militaris, jubens veſtem dar militi de publico, neque de ſtipendi quidquam deducere.* Ante enim, u Polybius teſtatur, accipiebant veſten & alia neceſſaria à Quæſtore, ſed ut pre tium ex ſtipendio deduceretur. Veget lib. 2. c. 19. *Imperatoris miles, qui veſt & annona publica paſcitur.* Tertio 8 *frumentum* ipſis dabatur. Vegetius al legato proximè loco, *Imperatoris mile*

qu

qui annona publica paſcitur. Et Rep. libera. Salluſt. Iugurth. *Miles frumentum publicè datum vendere, panes in diem mercàri.* Polybii ætate, pretium abradebatur ſtipendio, perſtititque diutiſſimè iſte uſus poſt eam. Nero enim primus prætorianis (quorum ingens ubique prærogativa) *dedit ſine pretio frumentum*, antea taxari ſolitum, Tac. 15. Annal. Menſura pediti in menſem erant duæ tertiæ Medimni Attici, tritici; Equiti, Medimni duo tritici, & ſeptem hordei; utpote cui liceret, ſic putamus, ſecum ducere alium præterea equum, & famulum unum duoſve, præeunte nobis in haſce conjecturas Polybio lib. 6. Donatus in Terentium definit menſtruum *ſervi demenſum quatuor modiis*, præcisè conveniens demenſo peditis apud Polybium hoc loco. Medimnus enim capit ſex modios, ut cenſet Tullius frumentaria in Verrem, Suidas & alii. Poſtea ſervi demenſum, ut docent verba Marcii apud Salluſt. & Seneca Epiſt. 81. crevit ad quinque modios in menſem. Herodotus Polymnia, in exercitu Xerxis militibus tribuit diurnum chœnicem, quæ eſt quadrageſima octava pars Medimni; Græcis vere ἡμερήσιος τρο-

φὴ. id eſt : *diurnum alimentum* , Suidas & alii paulo minus quàm quod Polybius erogat , triginta duo chœnices in menſem. Medimnum enim & modium ſic inter ſe licet contendere. Quadrantal eſt menſura cubici pedis Romani (Romanus autem pes minor noſtrate, dimidio pollice) Feſtus aliique. Iam verò quadrantal continet modios tres, ex ſententia Voluſii Mœtiani , id eſt dimidium Medimnum. Adeo ut menſura , cujus fundus ſit quadratus pes Romanus, & altitudo triens pedis, ſit Modius Romanus, & quæ duos pedes alta, eâdem fundi capacitate , Medimnum conſtituat Atticum. Atque ita in vulgari menſura Anglicanâ , Medimnus paulo minus continet quàm Bushele una & dimidia , & Modius , quem vulgus docentium pro Bushele capit , pintâ una minus quàm Pecka. Poſt miſſionem Veteranis ferè aſſignabatur ager hæreditarius , ſicut poſt bellum Punicum ſecundum , Senatus iis qui in Africa meruerant dedit , *quod agri Samnitis & Appuli publicum populi Romani eſſet*, Livius lib. 31. & aliàs pari de cauſa. Sylla legionibus , quæ ſub eo per belli civilis tempus fecerant ſtipendia , ἐπε-

νείμε-

νειμε πολλὴν ἐν ταῖς πόλεσι τῆς Ἰταλίας γῆν τὴν μὲν ἔτι οὖσαν ἀνέμητον, τὴν καὶ τὰς πόλεις ἀφαιρούμενος. id eſt : *diſtribuit multas terras in Italia, partim necdum diviſas , partim poſſeſſoribus ereptas.* Appianus 1. ἐμφ. [qui legiones dicit fuiſſe triginta duas. Livius autem in E-pitoma 47. vult quadraginta ſeptem ſuiſſe, ut exiſtimo, librarii errore.] non modò ut illud rependeret exactis mili-tiæ laboribus , ſed ut viros exercitatæ per arma virtutis ad nutum obſequen-tes haberet , quorum fortuna ſejungi à ſua nequiret , quoſque ſi urgeat neceſſi-tas , uno momento excire poſſet. Ne-que aliud ſpectavit Cæſar Iulius, qui ve-teranas legiones ſuas circa ſe in colo-nias diſtribuit. Antonius & Auguſtus hoſtilia in Remp. agitantes , deſignâ-runt octodecim pulcherrimas & ditiſſi-mas urbes Italiæ, ut Capuam, Rhegium, Venuſiam, Nuceriam, Beneventum, A-riminum , &c. ex promiſſo militibus confecto bello diſtribuendas , αὐτοῖς ἐδάφεσί τε καὶ οἴκοις. id eſt : *fundos & æ-des*, ejectis poſſeſſoribus , idque maxi-ma ex parte præſtiterunt : Sub Imperio ſparſæ per omnes provincias hujuſmo-di militum coloniæ. [Seneca conſolat.

ad Albinam c.7. *Hic populus quot colonias in omnes provincias miſit? ubicunque vicit Romanus, habitat.*] Quid ante Auguſtum, poſt miſſionem militi in pecuniâ numerata dederint, ex authoribus non patitur ignorantia mea definire. In triumpho poſt celebrem aliquam expeditionem, leve quiddam militi cedebat redhoſtimenti loco, ut in triumpho Africano, dati ſingulis 40. aſſes, *duo ſolidi & ſex denarii Anglici.* Livius l.3. In triumpho Pauli 45. aſſes, duplum Centurioni, triplum Equiti. lib.45. In Aſiatico Pompeii triumpho Appian Mithrid. militi gregario mille quingentæ drachmæ, id eſt, quadraginta ſex libræ, tres ſolidi, novem denarii dati, reliquis ex proportione; tantum tantillo annorum ſpatio excreverat potentia & ambitio. In triumpho Cæſaris poſt bellum civile, militi quinque millia drachmarum id eſt centum quinquaginta ſex libræ, quinque ſolidi, Centurioni decem millia, Tribuno viginti quinque millia data Appian. 2. ἐμφ. Auguſtus in prætorianis certum quid conſtituit, & poſt ſedecim ſtipendia attribuit quinque millia drachmarum, Legionariis poſt militiam viginti annorum, tria aſſignavit millia

millia. Dio l. 55. Auxiliarii ſtipendium capiebant à ſociis libera Rep. & miſſos domo habebant ſuos quæſtores, ut qui æquo jure quodammodo viverent, & tamen ſuperiores agnoſcerent. Aliquam partem ſalarii Polybii tempore in frumento accipiebant à Romanis. Sub Auguſto primum & poſt ſub Imperatoribus Auxiliarii ſociales cum Principi potius, quàm conſervationi libertatis ſuæ militarent, ſtipendium & commoda militiæ, Legionariis paria, accipiebant. Reſtat jam ut conſideremus numerum Legionum & Virorum quos Romani plerumque armabant, & quouſque in exercitibus inſtruendis vires eorum & potentia procedere potuerint. Roma infantiæ velut ſuæ annis unicam tantum habebat Legionem, ex Dionyſii & Varronis ſententia [Livius de Romulo, *ad hos Romana legio ducta*, inquit in ſingulari numero & in initio Tullii Hoſtilii, *Romanas Legiones jam ſpes deſeruerat*, plurali numero] quæ tribus millibus peditum & trecentis equis, ut ante audivimus, conſtabat; quanquam verba Plutarchi Romulo ante adducta εἰς συντάγματα στρατιωτικὰ διεῖλεν. ἕκαστον δὲ σύνταγμα πεζῶν τρισχι-

λίων ἑκ. id eſt: *in Legiones diviſit, quæque legio trium millium peditum erat,* multitudinem præferant. Sed minor ejus viri hic eſt authoritas, quàm ut debeat audiri. Ceninenſibus & Antennatibus Romam tranſlatis, Romani tum, ait Dionyſius lib. 2. ſex millia habuerunt legionariorum [ἐν καταλόγοις] peditum, id eſt ex uſu iſtius temporis duas integras Legiones. In exercitu contra Sabinos Romulus eduxit armatos de ſuis & avi ſubditis pedites vigeſies mille, Equites octies mille. Dionyſ. poſt Sabinos in civitatem receptos & cum aliis etiam Camerinos, poſt mortem ſuam Romulus urbi reliquit 46. millia peditum, & paulò minus quàm mille equites; augmento armatæ potentiæ mirando & pene ſupra fidem ſub unius hominis regno [Livius lib. 1. *nongenti equites in tribus centuriis*] Dionyſ. l. 2. Sub Tullo Hoſtilio Romanorum Rege tertio ex Albæ ruinis duplum creverant Romanæ vires. Dionyſius lib. 3. ἐπὶ τοὺς Σαβίνους ἔγνω στρατὸν ἐξάγειν, τῶν τε Ῥωμαίων ἅπασαν δύναμιν καθοπλίσας διπλασίαν οὖσαν ἤδη τῆς πρότερον ἐξ οὗ τὴν Ἀλβανῶν πόλιν προσέλαβε. hoc eſt: *In Sabinos ſtatuit exercitum educere, &*

armis

armis inſtruxit omnem Romanorum vim, quæ duplo jam major erat captâ Albâ. Si hæc verba propriè capienda, Romani centum millia armatorum facile educere potuerunt. Ingentes profectò militum copiæ, cùm univerſus cenſus, incluſis quotquot expleverant decimum ſeptimum ætatis annum, exceptis modo ſervis & opificibus, Dionyſ. l. 9. Servii tempore tantùm octoginta millia, aut octoginta quatuor millia ſeptingentos, teſtibus eodem Livio & Dionyſio, contineret; quamvis Fabius Pictor omnes verè faciat militiæ aptos, paulò propius ad numerum noſtrum accedens, quem ex verbis Dionyſii collegimus. Rep. liberâ ferè ſine interruptione à principio quotannis armabant 4. legiones cum ſuis Auxiliis, ut Polybius oculatus teſtis lib. 1. & Livius lib. 8. aſſerunt, quæ calculo, pro temporis iſtius ratione, accuratiſſime ſubducto, cum Auxiliis colligunt XXXII. millia peditum, & bis mille quadringentos equites. Et hæc erat annua ordinaria militia, etiam in pace, ne ullo eſſent tempore inermes. Res ſanè magni momenti, & in bellicoſa gente digna conſideratione. Sed quot armari ſoliti pro re

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

nata, & quouſque vires intendi ex occaſione poſſent, alia animadverſio eſt. In prælio *ad lacum Regillum Anno urbis conditæ* 257. Romani eduxerunt in aciem viginti quatuor millia id eſt, ſex Legiones completas, æſtimandas ex more iſtius ævi, & tria millia Equitum, quingentis, ut videtur, in legionem adſcriptis, quod excedit valdè iſtius temporis conſuetudinem, Dionyſ. lib. 6. & Latini, tum hoſtes non Auxiliarii, eduxerunt quadraginta millia peditum, & tria millia Equitum. In cenſu, biennio ante, centena quinquaginta millia ſeptingenti Dionyſ. lib. 5. demptis nunc qui ſupra ætatem militarem, veriſimile eſt reliquam dimidiam partem ſeptuaginta millium, fuiſſe aptam militiæ. *Anno urbis conditæ* 245. ſecuto Regifugium anno. cenſus fuit centum triginta millium τῶν ἐν ἥβῃ Ῥωμαίων. id eſt: *majorum ſeptemdecim annis*, Dionyſ. lib. 5. & numerus viros fœminaſque complexus ſupra trecenta millia. Iam dimidium cenſus, vel quadrans capitum ſi intelligatur, ut vulgo ſolet ſumi, de aptis militiæ (nam capitum dimidium ſunt fœminæ, & alterius dimidii vix media pars apta militiæ. Dionyſ. l. 9.

cen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

cenſum facit tantùm quartam partem capitum) probabiliter definire licet, rem Romanam potuiſſe tum ſufficere educendis ſeptuaginta vel paulo pluribus armatorum millibus.

Anno urbis conditæ 260. *Quantus nunquam antea exercitus*, ait Livius lib. 2. *Legiones decem effectæ.* Dionyſ. addit ἐξ ἀνδρῶν τετρακισχιλίων ἕκαστον. id eſt: *quaque Legione conſtante ex quatuor millibus.* Ita ut Romani illo anno exercitum haberent quadraginta millium, de ſuis tantum civibus, præter Auxilia Latini nominis, quos non viſum conveniens, etiamnum *pati retractare arma.* In bello Decemvirorum contra Sabinos & Æquos, x. legiones conſcriptæ συνεστρατεύετο δὲ αὐτοῖς Λατίνων τε καὶ ἄλλων συμμάχων ἐπικουρικὸν οὐκ ἔλαττον τοῦ πολιτικοῦ πλήθους. hoc eſt: *militârunt unà Latinorum & aliorum Sociorum Auxilia haud minora civibus.* Dionyſ. lib. XI. Summa, octoginta millia.

Anno ab urbe condita 406. deficientibus per rebellionem Latinis, Romani armârunt quadraginta duo millia peditum & tria millia Equitum. Livius l. 8. *undique non urbana tantum, ſed etiam agreſti juventute, decem Legiones*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſcriptæ dicuntur, quaternûm millium & ducenorum peditum, equitumque trecenorum, quem nunc novum exercitum [novum, nam alioqui res Romana hoc tempore triplo majorem habuit exercitum, ſed calami forte error eſt] *ſi qua externa vis ingruat, hæ vires P. R. quas vix terrarum capit orbis, contractæ in unum haud facile efficiant; adeo in quæ laboramus, ſola crevimus, divitias luxuriamque.* Inter primum & ſecundum bellum Punicum, quo tempore cenſus civium exceſſit tricena millia, habita exacta ratione quantum civium & Sociorum Italici nominis in armis, reperta ſunt, narrante Polybio lib. 2. σύμπαν πλῆθος τῶν δυναμένων ὅπλα βαστάζειν, αὐτῶν τε Ῥωμαίων, καὶ τῶν συμμάχων πεζῶν μὲν ὑπὲρ τὰς ἑβδομήκοντα μυριάδας, ἱππέων δὲ εἰς ἑπτὰ μυριάδας. hoc eſt: *Vniverſa multitudo eorum qui arma ferre poſſunt, Romanorum & Sociorum, ſupra ſeptingenta millia peditum, equitum ſeptuaginta millia.* Numerus ſupra fidem ſi conſecuta ſpectemus tempora, quæ memorat Diodorus Siculus 2. Biblioth. ut in miraculum uſque exundantem priſci temporis confirmet multitudinem. Nec

obſtat,

obſtat, quod Cæſar, ut narrat Appianus Κελτικῇ paucis annis militavit in Gallia cum quadringentis millibus armatorum, numero qui vaſtas Xerxis copias æquaverit, à quibus epota flumina, navigati montes, & velut injecta mari pontium vincula, ut hæc decantata ſunt Hiſtoricis & Panegyricorum declamationibus. *Anno urbis conditæ* 538. Liv. l.25. & 539. Liv. l.26. 543. Liv. l.27. bello Punico ſecundo Romani armârunt XXIII. legiones, quæ ex numero illius ævi faciunt centena quindecim millia Legionariorum peditum, & ferè ſeptem millia Equitum. Poſt bellum Punicum tertium, quo tempore cenſus erat circiter quadringentorum millium, Epitom. Livii lib. 47. *in bello ſociali* Romani armârunt centum millia, ſocii tantundem ex altera parte, præter præſidia ſingulis oppidis data. Appian. ἐμφ. 1. In bello civili Syllano, Conſules habuerunt ducentas cohortes, ſingulas quingentorum. ἐμφ. 1. & Sylla 23. Legiones ibid. quas Appianus reſolvit in centum & viginti millia; utrinque ducenta viginti millia. In civili bello inter Pompejum & Cæſarem, quo tempore cenſus aſſurgebat ad quadringenta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

quinquaginta millia, Pompejus (Epitom. 98.) habuit centum decem cohortes, hoc eſt, quinquaginta quinque millia; Evocatos bis mille, ſeptem cohortes in caſtellis, tria millia quingentos. Summa ſexaginta millia quingentos. Cæſar habuit octoginta cohortes, in quibus tantùm erant viginti duo millia, & duæ cohortes *præſidio Caſtris* lib. 3. de bel. Civil. Poſt necem Cæſaris, pace ad Mutinam factâ, turbandis rebus Octavius habuit viginti Legiones; Antonius viginti; Brutus octo [Seneca conſol. ad Polyb. c. 35.] Caſſius duodecim, Lepidus tres, Dolabella duas, & minimũ unam in Africa. Summa ſexaginta ſex Legiones, omnes uno tempore, Appian. 3. & 4. ἐμφ. juxta rationem propoſitam in Antonii oratione, 5. ἐμφ. (centum ſeptuaginta millia militum in viginti octo Legionibus) in ſexaginta ſex producit amplius quàm quadringenta millia. Maximus ſanè armatorum numerus, quem huc uſque legimus in re Romanâ. Poſt finem bellorum civilium Auguſtus confirmato ſtatu, & armis ex Italia ſummotis, conſtituit in provinciis & limitibus Imperii viginti tres Legiones cum ſuis Auxiliis,

xiliis, *Dio lib.* 55. hoc eſt, ex præſuppoſitis, ducenta ſeptuaginta ſex millia militum. Tiberius *Tacit.* 4. *Annal.* aluit viginti quinque Legiones, hoc eſt trecenta millia militum, collocatis in utraque Germania octo Legionibus; in Hiſpania tribus; Africa duabus, Ægypto duabus; Syria quatuor; Illyrico habuit ſex, nempe duas in Pannonia, duas in Mœſia, duas in Dalmatia. Summa viginti quinque. Galbæ tempore Imperium alebat Legiones triginta & unam, fueruntque

In Britannia tres Tacit. 3. Hiſt.	*Secunda Auguſta. Dio. Ptolem. Geogr.* *Nona Hiſpanienſis.* *ViceſimaVictrix. Dio. ib. Ptolem.*
In Hiſpania duæ	*Sexta Ferrata.* 3. *Hiſt. Dio.* *DecimaGemina.* 2. *Hiſt. Dio.*
In Gallia Lugdunenſi una. 1. *Hiſt.*	*Prima Italica.* 2. *Hiſt. Dio.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

In ſuperiori Germania tres.	*Quarta Macedonica.* 3. *Hiſt.* *Decima octava, aliàs duo & viceſima.* 3. *Hiſt.* *Vna & viceſima Rapax.* 1. *Hiſt.* & 2. *Plutarch. Othone.*
In inferiori Germania quatuor 1. *Hiſt.*	*Prima.* *Quinta.* *Decima Quinta.* *Decima Sexta.*
In Pannonia duæ.	*Septima Galbiana.* 3. *Hiſtor. quam Tacitus* 1. *Hiſt. videtur nominare Hiſpanam.* *Tertia Decima Gemina* 3. *Hiſt.*
In Dalmatia duæ.	*Vndecima Claudiana.* 3. *Hiſt. Dio.* *Quarta decima Gemina.* 2. *Hiſt.*
In Mœſia tres.	*Tertia Gallica.* 1. *Hiſt. Xiphil.* *Septima Claudiana.* 2. *Hiſt.* & 3. *Octava Auguſta. Dio.*

In

n Africa una.	*Tertia Auguſta. Dio. Ptolem. Geogr.*
n Ægypto duæ.	*Tertia Cyrenaica. 5. Hiſtor.* *Duo & viceſima primigenia. 5. Hiſt.*
n Syria quatuor. 1. Hiſt.	*Quarta Scythica. 15. Annal. Dio. Spartian.* *Sexta Victrix. 2. Hiſt. Dio. Ptolem.* *Duodecima fulminatrix. 5. Hiſt. Dio.* *Viceſima*, niſi corruptus locus in Dione, ita ut duæ ejuſdem nominis fuerint ab Auguſto ad illud ævum uſque.
n Iudæa tres. . Hiſt.	*Quinta Macedonica. 5. Hiſt. Ioſeph. 3. ἁλώσ. cap. 5. Dio.* *Decima Fretenſis. 5. Hiſtor.* Ex lapide Capitolino. *Quinta decima Apollinea. 5. Hiſtor.* ex lapide Capitolino.

Romæ una, 1. Hiſt. Prima Adjutrix Claſſica. 2. Hiſtor.

In

In hoc Catalogo Prima Italica in Lugdunenſi Gallia, Prima Adjutrix Romæ, Septima Galbiana in Pannonia fuerunt à Nerone & Galba conſcriptæ. Septem Legiones in Germania, Duo & viceſima in Ægypto, & Nona in Britannia à Tiberio, Cajo aut Claudio ſtabilitæ, aut earum aliquæ extremo Auguſti Principatu. Aliæ novemdecim indubiè Auguſtum habuerunt autorem, jam formatæ ante ejus mortem. Quamvis enim duæ gerant à Claudio nomen, Vndecima Claudiana Dalmatiæ, & Septima Claudiana Mœſiæ, prout indiculus iſte recenſet, cauſa non eſt quod ab eo originem ceperint, ſed, ut ſcribit Dio ὅτι αὐτῷ ἐν τῇ τοῦ Καμίλλου ἐπαναστάσει μὴ ἀντεπολέμησαν. hoc eſt: *quod rebellante Camillo arma in eum non ſumpſerint.* Reliquæ Provinciæ vel militem non habebant, vel quædam tantùm Auxiliariorum præſidia, cohortium aut alarum, ut tum Mauritania, Rhætia, Noricum, Thracia &c. Tacit. 2. hiſt. *quas perſequi*, ait 4. Annal. *incertum eſt, cum ex uſu Imperii huc illuc mearent, gliſcerent numero & aliquando minuerentur.* Tamen ex Taciti verbis conjicere licet *neque multo ſecus in iis Au-*

xiliis

liis virium, quod Auxilia annexa Le-
ionibus, juncta localibus iſtis, non
erint numero minore, quàm Legio-
s per ſe conſideratæ. Hunc numerum
egionum vel circiter, retentum inve-
mus diu in Romano Imperio. Favo-
nus de Hadriano apud Spartianum:
on recte ſuadetis familiares, qui non
itimini me illum omnibus doctiorem
edere, qui habet triginta Legiones.
'empore Alexandri Severi, Dio lib. 55.
umerat triginta duas legiones, ex qui-
us viginti duæ eædem ſunt, quas Gal-
æ tempore habemus; novem reliquæ
e triginta & unâ ſub Galba, vel inter-
a temporis abolitæ, vel aliis junctæ,
empe Nona in Britannia, ſeptem Le-
iones in Germània, & viceſima ſe-
unda Ægypti. de Quintâ & decima
uintâ inferioris Germaniæ, ex Tacito
ertus nobis interitus utriuſque ad Ve-
era. hiſce novem ſic abolitis ſubſtitu-
ntur decem à Dione aliter nominatæ;
Secunda Adjutrix, & Quarta Flavia à
Veſpaſiano conſcripta; Prima Minervia
à Domitiano; Secunda Ægyptia & Tri-
ceſima Germanica, aliàs Secunda Tra-
ana & Triceſima Vlpia à Trajano; Se-
cunda Italica & Tertia Italica à Marco;
Prima

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Prima Parthica, Secunda Parthica, Tertia Parthica à Severo. Catalogus Legionum qui hodie adhuc extat in atrio Capitolii, & manifeſtè recentior eſt Dione, eundem cum Dione numerum habet, & viginti novem eaſdem Legiones, tantùm in ſingularum nominibus, pro Viceſimâ, Septimâ Galbianâ & Tertiâ Italicâ, quæ in Dione, habet Viceſimam Secundam Primigeniam, Septimam Geminam & decimam ſextam Flaviam; & ex legionibus tempore Galbæ, monumentum iſtud tantum viginti habet; deſunt etiam (præter eaſdem novem à Dione omiſſas) Septima Galbiana, & Viceſima, quam nos in Syria collocavimus. Iam triginta & una Legiones Imperiales, quas Galbæ ævo invenimus, juxta noſtras hypotheſes, continent centum octoginta ſex millia peditum, & decies octies mille ſexcentos equites. Auxilia utriuſque generis, numero non multum ab iſtis diſtabant. Itaque in univerſum plerumque alebantur illo ævo ab Imperio, peditum [Agathias, lib. 5. longè majorem numerum recenſet ſub poſterioribus Imperatoribus nimirum 645000 armatorum, quem numerum queritur val-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

de à Iuſtiniano extremo ejus principatu imminutum δέον γὰρ εἰς πέντε καὶ τεσσαράκοντα καὶ ἑξακοσίας χιλιάδας μαχίμων ἀνδρῶν τὴν ὅλην ἀγείρεσθαι δύναμιν μόλις ἐν τῷ τότε εἰς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν περιεστήκει.] trecenta ſeptuaginta duo millia, & Equitum triginta ſeptem millia ducēnti, calculo anxie ſubductô. Illorum ſtipendium conſuetum, præter frumentum & veſtem, denarius aut drachma peditis diarium, & tres denarii Equitis præter auctaria ſtipendiorum Ducibus data, adſcendit in annum ad centum ſeptuaginta ſex milliones, quingenta quatuordecim millia denariorum, noſtrâ monetâ quinque milliones quingenta ſedecim millia & ſexaginta duas libras & decem ſolidos, quod amplius eſt, quàm Turcarum Imperatori hodie intra biennium confert omnis ejus reditus. Præterea aliquot præſidiariorum millia alebant Principi, duplicato ſtipendio, itidem Præfecto Vrbis copias, cum multis cohortibus vigilum; itidem complures claſſes cum militibus adſcriptis, ut ſuo loco explicabitur. Neque verò uſquam reperire eſt in omni Romanâ hiſtoria, ob ſtipendia non ſoluta natam ſeditionibus turbiſve occaſionem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſionem, pronis alioquin tum ad tumultus animis militum.

Militiæ domeſticæ in urbe triplex inprimis genus erat; erant enim *milites Prætoriani*, *Vrbani & Vigiles*. Prætorium στρατήγιον, Ducis tentorium, ſive Conſulis ſive Prætoris, vel cujuſvis alterius; & Prætoria cohors, ſelecti homines ad cuſtodiam corporis ejus, ita vocata à Scipione Africano, ſed ante inducta à Romulo, ſub nomine *Celerum, ſelectorum ex fortiſſimis & nobiliſſimis* οὓς ἀεὶ (*non ſolum in bello ſed etiam in pace* Livius) περὶ αὐτὸν εἶχε, τριακοσίους ὄντας ἀριθμῷ, φυλακῆς ἕνεκα τοῦ σώματος καὶ πρὸς τὰ ἐπείγοντα τῶν ἔργων. hoc eſt: *quos ſemper circa ſe habuit, numero trecentos cuſtodiæ corporis cauſa, & ad urgentia negotia.* Dionyſ. lib. 2. Rep. libera non uſurpari ſolita, ſed foris in bello (ut in prælio ad Regillum *Dictator habuit cohortem delectam circa ſe præſidii cauſa* Liv. lib. 2.) donec Sylla & Cæſar dominationem aggreſſi, domi quoque tanquam inter hoſtes, retinuerunt conſuetam cuſtodiam. Sed Sylla abdicato ſimul dominatu & Præſidio (Appian. 1. & 2. ἐμφ. Salluſt. & alii) propterea notatus à Cæſare *neſcire*

re literas, poteſt videri ſecutus meliorem Grammaticam, quàm ipſe Cæſar, qui dimiſſo præſidio, & non dominatu, commiſit periculoſum & inſignem ſolœciſmum in politica adminiſtratione, &, qua exitio peti poſſet, viam oſtendit. Poſt necem Cæſaris, turbata Rep. Antonius permiſſu Senatus φρουρὰν ἑαυτῷ περιεστήσατο *præſidium ſibi circumdedit* ſex millium ſelectorum. 3. ἐμφ. Et Octavius prætextu inimicitiarum adverſus Antonium, è Campania revertitur εἰς μυρίους ἄγων ἄνδρας ἐς μόνην τοῦ σώματος φυλακὴν ὑφ᾽ ἑνὶ σημείῳ. h. e. *ad decem millia duxit cuſtodiæ corporis ſub ſigno uno*. Et paulò poſt Antonius profectus Brundiſio Romam, *ex omni exercitu prætoriam cohortem ſibi delegit ex ſelectiſſimis* ἐκ πάντων στρατηγίδα σπεῖραν ἀνδρῶν ἀρίστων τό τε σώματα καὶ τὸν τρόπον ἀπελέξατο. *In bello Philippenſi* prætoria cohors duorum millium profecta ad Octavium, in mari intercepta ab adverſariis. 3. ἐμφ. & finito bello Antonius & Octavius ὀκτακισχιλίους στρατιώτας δεηθέντας ἔτι στρατεύεσθαί σφισιν ἀποδεξάμενοι διείλοντο καὶ συνελόχισαν εἰς στρατηγίδας τάξεις. 5. ἐμφ. *octo millia militum qui ſtipendia mereri porrò cupie-*

piebant, receperunt & in prætorias cohortes diſtribuerunt. Et poſt prælium Actiacum Auguſtus vitatâ patris ſui culpâ, & ratus conducere ſaluti ſuæ, conſervationi potentiæ, atque expediendis negotiis, in promptu habere copias militares armatas; ſub nomine Prætorianorum conſtituit præſidium decem millium in decem cohortes diſtibutorum, ait Dio lib. 53. ſed Tacit. 4. Ann. tantum novem ſub Tiberio memorat. Vitellii tempore, *pravitate vel ambitu confuſus ordo militiæ, ſedecim Prætoriæ, quatuor urbanæ cohortes ſcribebantur, quibus ſingula millia ineſſent.* 2. Hiſt. Hi Prætoriani conſtabant *è militibus Etruria ferme Vmbriaque delectis, aut vetere Latio, & coloniis antiquitus Romanis*; & in hoc tantùm differebant ab antiquorum Tyrannorum præſidiis, quod hæc ferè conſtarent ex mercenariis peregrinis. Atque ita Imperatores habebant etiam alios cuſtodes corporis ex Germanis; Tacit. 1. Annal. *robora Germanorum, qui tum cuſtodes Imperatori aderant.* XIII. Annal. *Germanos ſuper eundem honorem cuſtodes additos.* Sueton. Nerone cap. 34. *Abductaque militum & Germanorum ſtatio-*

ſtatione, quam Galba diſſolvit. Suet. cap. 12. *Germanorum cohortem à Cæſaribus olim ad cuſtodiam corporis inſtitutam, multiſque experimentis fideliſſimam diſſolvit, ac ſine ullo commodo remiſit in patriam.* Dio lib. 55. memorat quoque equites aliquot Batavos qui principi adeſſent, ξένοι τε ἱππεῖς ἐπί-λεκτοι οἷς τὸ τῶν Βαταυῶν ἀπὸ τῆς Βαταυίας τῆς ἐν τῷ Ῥήνῳ νήσου ὄνομα, οὐ μέν τοι ἀριθμὸν ... ῶν τῶν ἀκριβῆ εἰπεῖν δύναμαι. hoc eſt: *Peregrini Equites ſelecti, quibus nomen Batavorum à Batavia inſula in Rheno, ſed numerum eorum certo deſignare nequeo.* Prætorianorum quidam erant Equites. Tacit. 1. Annal. *Additur magna pars Prætoriani Equitis.* Suet. Claudio c. 21. *Africanas exhibuit Claudius conficiente turmâ equitum Prætorianorum, ducibus Tribunis ipſoque præfecto.* Maxima pars pedites erant, ut *Speculatores* & alii. Officium ipſorum erat δορυφορικὸν (& ita à ſcriptoribus Græcis nominati δορυφόροι, σωματοφύλακες) excubare in palatio, vicibus per ſingulas cohortes euntibus, vel Principem comitari in forum, in Curiam, in Convivium &c. Tacit. 1. hiſtor. *Conſultantibus placuit tentari animum cohortis*

hortis

hortis quæ in palatio ſtationem agebat rurſus XII. Annal. *Egreditur Nero a* *cohortem quæ more militiæ excubii* *adeſt*. Sueton. Othone cap. 6. *obſti* *tit reſpectus cohortis, quæ tunc excuba* *bat*. Tac. Ann. I. *miles in forum, mi* *les in Curiam comitabatur*. Dio lib. 6c ἐν τοῖς συμποσίοις πάντως τινὰς στρατιώτ σιτωμένους εἶχε, καὶ τοῦτο μὲν ἐξ ἐκείνου κατα δειχθὲν, ἐς δεῦρο ἀεὶ γίγνεται. hoc eſ *In conviviis Claudius ſemper milite* *ſecum habebat, & illud ab ipſo tradi* *tum, hactenus ſervatur*. Nec princep tantùm, ſed & ejus uxor, mater, libe ſimiliter quoſdam ex prætorianis iſti aſſeclas habuerunt. Tacit. XIII. An nal. *Excubias militares, quas ut con* *jugi Imperatoris olim, tum & ut matr* *ſervabantur, digredi jubet*. Cum Ger manico in Germania duæ fuerunt Præ toriæ cohortes. 2. Annal. an verò e Prætorianâ Romanâ ſtatione, an ex re cepto antiquitus vocis uſu, decidere ne queo. Et I. Annal. Tiberius mittit cum filio ſuo Druſo in Pannoniam *duas præ* *torias cohortes*. In ludis reperio cohor tem adſtitiſſe ſervandæ quieti. Taci XIII. Annal. *ſtatio cohortis adſiſter* *ludis ſolita demovetur*. Præterea co

mita

mitatui legatorum, qui à Principe mittebantur, adhiberi ſolent, ſuppliciiſque & cædibus, aliiſque Principum obſequiis; Bellis vix, niſi perurgeret neceſſitas. Tac. 1. Hiſt. *quod rarò aliàs, Prætorianus Vrbanuſque miles in aciem deducti.*

Prætorianis præerat Præfectus Prætorio, legi primùm ſolitus ex hominibus militaribus, donec periculum oſtendit non eſſe tutum viris ortu ſæpe vili, ſed exercitatæ militiæ & belli ſcientibus tantum committere potentiæ robur. Itaque poſtmodum ad eam dignitatem promoti qui prudentia juriſque peritia excellerent, ut apparet in Papiniano, Vlpiano & aliis juriſconſultis celebribus, huc evectis. Atque hoc modo factum videtur, ut judicialis potius & Togæ quàm militaris & Sagi honor eſſet. *Cui Princeps rerum judiciorumque ſummam commiſit, qui & vice ſacra judicat, & cunctarum provinciarum maximam poteſtatem habet: præter quem vel vicarium ejus nullus magiſtratus habet pleniſſimum imperium merum.* Sed perpetuò inter omnes Imperii dignitates maxima fuit. Zozimus lib. 3. ἡ τῶν ὑπάρχων ἀρχὴ δευτέρα

μετὰ τὰ σκῆπτρα νομιζομένη. hoc eſt: *officium præfecti Prætorio proximum poſt ſceptra exiſtimatur ſive ſecundum à Principe locum aſſignat.* Prima inſtitutio duos dedit. Mecœnas apud Dionem lib. 52. in conſilio quod Auguſto dedit τῶν δὲ δὴ ἱππέων δύο τοὺς ἀρίστους τῆς περὶ φρουρᾶς ἄρχειν φημὶ χρῆναι. τό τε γὰρ ἑνὶ ἀνδρὶ αὐτὴν ἐπιτρέπεσθαι σφαλερὸν, καὶ τὸ πλείοσι ταραχῶδές ἐστι, δύο τε οὖν ἔστωσαν οἱ ἔπαρχοι οὗτοι (Alii græci quidam illos vocant ὑπάρχους) ἵνα ἂν καὶ ὁ ἕτερος αὐτῶν ἐπαισθῆταί τι τῷ σώματι, μήτοι γε καὶ ἐνδεὴς τοῦ φυλάξοντός σε εἴης. hoc eſt: *Suadeo ut duos præſtantiſſimos ex Equitibus qui præſidio præſint, ſumas, uni id committere periculoſum; pluribus, turbarum plenum. Duo ergo præfecti prætorio ſint, ut ſi alter ægrotet, non deſit, qui cuſtodiam tui gerat.* Agrippina perſuaſit Claudio ut tota adminiſtratio uni committeretur. Tac. XII. Annal. *Diſtrahi cohortes ambitu duorum, & ſi ab uno regerentur, intenſiorem fore diſciplinam aſſeverante uxore, transfertur regimen cohortium ad Burrhum Afranium egregiæ militaris famæ.* Poſt cujus mortem Nero iterum *duos prætoriis cohortibus impoſuit.* Ann. 14. Sub Galba

ba ſolus fuit Laco ſine collega. Otho duos conſtituit Plotium Firmum, & Licinium Proculum, ut conſtat ex Tacito 1. hiſt. & ſic temporibus conſecutis, modò unus, modò duo præerant pro libitu Principis. Quod autem Mecœnas Auguſto ſuaſit, ut ex equitibus Romanis legerentur iſtius loci homines, non ex altiori dignitate (ne ſtirpis præſtantia animos faceret aliquid in Principem tentandi) uſu continuato ad tempora Alexandri Mammeæ receptum, *qui Præfectis Prætorii ſuis*, referente Lampridio, *Senatoriam addidit dignitatem, ut viri clariſſimi & eſſent & dicerentur: quod antea vel rarò fuerat, vel omninò non fuerat: eouſque ut ſi quis Imperatorum ſucceſſorem Præfecto Prætorio dare vellet, Lati-clavium ei per libertum ſubmitteret*. Nihilominus Veſpaſiani tempore *Titus præfecturam quoq; Prætorii ſuſcepit nunquam ad id tempus niſi ab Equite Romano adminiſtratam*. Sueton. Tito cap. 6. Quam Suetonii opinionem erroris convictam reperio apud Tacitum 4. Hiſt. ubi Aretinus Clemens ante illud tempus, *quanquam Senatorii ordinis factus Præfectus Prætorio*. Præter hoſce duos

duces erat & *Præfectus caſtrorum*; Tribunorum numerus cohortibus æquabatur. Sub Tribunis erant centuriones, & ductorum, ut ſic loquar, vulgus ; eâdem, quâ in caſtris, foris, formâ. Stipendium horum Rep. liberâ erat ſeſcuplum ἡμιόλιον (Feſtus) In Imperio duplum Legionarii militis. Senatores , ait Dio lib. 53. παραυτίκα γε τοῖς δορυφορήσουσιν αὐτὸν διπλάσιον τὸν μισθὸν τοῦ τοῖς ἄλλοις στρατιώταις διδομένου ψηφισθῆναι διεπράξαντο, ὅπως ἀκριβῆ τὴν φρουρὰν ἔχῃ. hoc eſt: *Statim Senatusconſultum fecerunt, ut Prætorianis duplex ſtipendium præ reliquis militibus ſolveretur , quo tantò diligentiorem curam cuſtodiamque haberent.* Tacit. 1. Annal. definit ſummam, *An prætorias cohortes, quæ binos denarios acceperint , &c.* hoc eſt noſtrâ monetâ quindecim pence ſeu peny, quod haud dubie de pedite intelligendum. nam majus erat Legionarii Equitis ſtipendium. Iſtæ Prætoriæ cohortes, Auguſti & partim Tiberii tempore per urbem vicinaſque Colonias ſparſim diſtributæ per Sejanum contractæ in unum & locatæ *in caſtris prope vivarium conſtructis*, quæ τεῖχος , παρεμβολὴ vel στρατήγιον græcis dicta. *Sejanus,*

nus, ait Tacit.4. Annal. *vim Præfecturæ modicam antea intendit, diſperſas* [Sueton. Auguſto c.49. *Neq; unquam plures quàm tres cohortes in urbe eſſe paſſus eſt Auguſtus, eaſque ſine caſtris, reliquas in hiberna & æſtiva circa finitima oppida dimittere aſſueverat.*] *per urbem cohortes una in caſtra conducendo, ut ſimul imperia acciperent numeroque & robore & viſu inter ſe, fiducia ipſis, in cæteros metus crearetur. Prætendebat laſcivire militem diductum. Si quid ſubitum ingruat, majori auxilio pariter ſubvenire, & ſeverius acturos, ſi vallum ſtatuatur procul urbis illecebris.* Sueton. Tiber.c.37. *Romæ caſtra conſtituit, quibus prætorianæ cohortes vagæ ante id tempus & per hoſpitia diſperſæ continerentur.* Ruinæ ſunt ſub muris Romæ, ut nunc eſt, non longè à porta S. Laurentii. Nam poſtea Conſtantinus Magnus, cum inſtituto huic ineſſe plus mali quàm boni compertum haberet, τούς τε πραιτωριανοὺς στρατιώτας ἐξέτρεψε, καὶ τὰ φρούρια τὰ τούτους ἔχοντα καθεῖλε. hoc eſt: *Prætorianos milites dimiſit & caſtra eorum deſtruxit*, ait Zozimus lib. 2. ſervatô perpetuò nomine præfecti prætorio, ſed di-

gnitate imminuta (ait idem Zozimus lib. 2. qui ubique iniquus eſt in iſtum Principem) quam in quatuor partitus eſt, nempe præfectum prætorio orientis, P.P. Illyriæ, P. P. Italiæ, P.P. Galliæ. Milites Vrbani ævo Auguſti (niſi Dio deceptus, ut prorſus mihi perſuadeo, alibi enim ſcribit ὁ πολίαρχος ὀλίγους τε στρατιώτας ἔχων. hoc eſt: *Præfectus urbis paucos ſub ſe milites habens*, & Tacit. 3. Hiſtor. facit quatuor millia urbanorum, grandi & præter ordinem numero,) implebant ſex millia, diſtributi in quatuor cohortes. Dio lib. 55. οἱ τῆς πόλεως φρουροὶ ἑξακισχίλιοί τε ὄντες καὶ τετραχῆ νενεμημένοι, Tiberii & Caii tempore in tres tantùm. 4. Annal. *Tres urbanæ cohortes*, & Ioſephus ἁλώσ. lib. 2. cap. 18. τρισὶ ταῖς συμμεμενηκυίαις σπείραις ἐπιτρέψασα φυλάττειν τὴν πόλιν. hoc eſt: *tribus conjunctis cohortibus mandatâ urbis cuſtodiâ*; quæ, ut apparet ex Sueton. Claudio c. 10. erant cohortes urbanæ. Sub Vitellio *quatuor urbanæ cohortes quibus ſingula millia ineſſent*, Tacit. 2. Hiſt. Qui illis præerat, vocabatur *Præfectus urbis* πολίαρχος *ex Senatorio ordine* lectus, cujus munus Dio deſcribit lib. 52. in Mecœnatis oratione,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ne, πολίαρχος δέ τις ἐκ τῶν προηκόντων, καὶ ἐκ τοῦ πάντα τὰ καθήκοντα προπεπολιτευμένων, ἀποδεικνύσθω, οὐχ ἵνα ἀποδημησάντων που τῶν ἱππάρχων (lege ἀρχόντων vel etiam ὑπάτων) ἄρχῃ, ἀλλ' ἵνα τά τε ἄλλα ἀεὶ τῆς πόλεως προσταθῇ καὶ τὰς δίκας, τάς τε παρὰ πάντων, ὧν εἶπον, ἀρχόντων ἐφεσίμους τε καὶ ἀναπομπίμους, καὶ τὰς τοῦ θανάτου τοῖς τε ἐν τῇ πόλει, πλὴν ὧν ἂν εἴπω, καὶ τοῖς ἔξω αὐτῆς μέχρι πεντήκοντα καὶ ἑξακοσίων σταδίων οἰκοῦσι κρίνῃ. hoc eſt: *Præfectus urbi eſto unus ex primariis, & qui cum laude omnes gradus dignitatum decurrit, non ut per abſentiam Prætorum aut Conſulum magiſtratum gerat, ſed ut urbi præſit, ſemper tum in aliis, tum cauſis appellationum & criminalibus non in Civitate tantùm, ſed & intra ſexcenta quinquaginta ſtadia.* 1. Digeſt. *Quicquid intra urbem admittitur ad præfectum urbis videtur pertinere, ſed & ſi quid intra centeſimum milliarium admiſſum ſit, ad præfectum urbi pertinet.* Ita ut hic Dio videatur ſex ſtadia cum dimidio ſumere pro milliari Romano. Dignitatem ejus terminabat ſola mors, niſi aliter viſum fuiſſet Principi ob culpam aut indignationem ipſum exuere. Dio l. 52.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ὀρχέτω διὰ βίου. Tacitus 6. Annal. cauſam oſtendit cur id muneris inductum in veteri Rep. & quis ejus ſit uſus in nova. *L. Piſo Præfectus urbis recens continuam poteſtatem & inſolentia parendi graviorem mirè temperavit. Namque antea profectis domo Regibus, ac mox magiſtratibus, ne urbs ſine imperio foret, in tempus deligebatur, qui jus redderet, ac ſubitis mederetur. Cæterùm Auguſtus bellis civilibus Cilnium Mæcœnatem equeſtris ordinis cunctis apud Romam atque Italiam præpoſuit. Mox rerum potitus, ob magnitudinem populi, ac tarda legum auxilia, ſumpſit è Conſularibus, qui coërceret ſervitia, & quod audacia turbidum, niſi vim metuat.* Nihilominus inſtitutum novi muneris ſervavit nomen umbramque Priſci. cum Conſules enim exirent urbe *ad inſtaurandum ſacrum in Albano monte*, unum binoſve ex juniori nobilitate reliquerunt titulo Præfecti urbis & autoritate Conſulari. Tacit. 6. Annal. *Duratque adhuc ſimulachrum, quoties ob ferias Latinas præficitur qui Conſulare munus uſurpet.* Adi Sueton. Claudio cap. 4. Nerone cap. 7. Aulum Gellium lib. 14. cap. ult. ſed

præ-

præcipue 1. Digeſt. tit. 12. & 1. Cod. tit. 38. ubi minutatim iſtius dignitatis partes proponuntur. *Vigiles*, milites erant qui noctu ambulabant, conſtituti ab Auguſto *ad reſtinguenda incendia, prohibenda furta nocturna &c. ex Libertinis* & poſtea ex aliis quoque (Caſſiodorus *de præfecto Vigilum, qui furta in furibus facit, dum illos noctu circumvenit.*) diſtincti in ſeptem cohortes, cum uno præfecto Vigilum Equite Romano, Tribunis & aliis. De officio præfecti Vigilum vide Digeſt. 1. tit. 15. Cod. 1. tit. 43. Strabo lib. 5. ἐπεμελήθη μὲν οὖν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ τῶν τοιούτων ἐλαττωμάτων τῆς πόλεως, πρὸς μὲν τὰς ἐμπρήσεις συντάξας στρατιωτικὸν ἐκ τῶν ἀπελευθέρων τὸ βοηθῆσον. hoc eſt: *Curæ fuit Auguſto Cæſari contra hujuſmodi civitatis detrimenta conſtituere cohortem ex libertini generis hominibus adverſus incendia.* Dio lib. 55. ἐπειδή τε ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ πολλὰ τῆς πόλεως πυρὶ διεφθάρη, ἄνδρας τε ἐξελευθέρους ἑπταχῇ πρὸς τὰς ἐπικουρίας αὐτῆς κατελέξατο, καὶ ἄρχοντα ἱππέα αὐτοῖς προσέταξεν, ὡς καὶ δι᾽ ὀλίγου σφᾶς διαλύσων, οὐ μέντοι καὶ ἐποίησε τοῦτο. καταμαθὼν γὰρ ἐκ τῆς πείρας καὶ χρησιμωτάτην καὶ ἀναγκαιοτάτην τὴν παρ᾽

αὐτῶν βοήθειαν οὖσαν, ἐτήρησεν αὐτοὺς καὶ εἰσὶ καὶ νῦν οἱ νυκτοφύλακες οὗτοι ἴδιόν τινα τρόπον, οὐκ ἐκ τῶν ἀπελευθέρων ἔτι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων στρατευόμενοι, καὶ τείχη τε ἐν τῇ πόλει ἔχουσι καὶ μισθὸν ἐκ τοῦ δημοσίου φέρουσι. hoc eſt: *Cum id temporis crebris incendiis urbs fœdaretur, ex libertini generis hominibus in cuſtodiam ſeptem cohortes delegit, & præfectum ex Equitibus impoſuit, tanquam paulo poſt ipſos dimiſſurus rurſus, quod tamen non fecit. Experimentis enim edoctus uſum earum eſſe utiliſſimum & pernoceſſarium, retinuit ipſos, ſuntque etiamnum vigiles iſti peculiares, non è Libertinis tantùm ſed ex aliis quoque collecti, caſtraque habent in urbe & ſtipendium è publico.*

Vrbs Romana, quamvis opportuno maritimis rebus ſitu, cum diſtaret tantum quindecim milliaribus à mari Tyrrheno, Tiberiſque eam lato ſatis alveo perflueret, ea profunditate quæ vehendis mediocri magnitudine navigiis ſufficeret, per aliquot tamen centum annos ſe non applicuit maritimæ militiæ ſtudio. Fortaſſis hæc inter alias cauſas non eſt minimi ponderis cur tam diu florens virtutibus conſtiterit Reſp. ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

cluſeritque corruptelas, quarum præcipua nutrix eſt mercatura peregrinaſque terras frequentandi navigationibus libido, ſi Politicis fides habenda. Tamen ubi acquirendi ardor eſt, & in iis qui agunt ἡγεμονικὸν καὶ πολιτικὸν βίον. hoc eſt, qui vel *aliis imperant*, *vel communi libertate fruuntur*, neceſſe eſt habere καὶ ταύτην τὴν δύναμιν πρὸς τὰς πράξεις σύμμετρον *etiam hanc vim actionibus convenientem & reſpondentem*. Ariſt. 7. Politic. Et in univerſum, Reſpublica nulla conſiſtere poteſt, quin variis ſe moleſtiis objiciat, & porro excidii quoque ſui cauſas accerſat, quæ caret exercitiis militiæ pedeſtris, equeſtris & nauticæ, nedum ut ſui augmento ſtudere poſſit; ſaltem eouſque non aſſurget, quo ex vicinis aliqui enituntur. Quamobrem Romani tempore belli Punici cum rem haberent cum Carthaginienſibus, haud dubie maris dominis ἐκ προγόνων *à majoribus*, & errorem notaſſent, anno ab urbe condita 490. ſtatuerunt & hanc militię partem ſedulò curare; cum antea, autore Polybio, non modo non tectas naves ſed nec longas quidem ullas, imo ne lembum ad trajiciendum, niſi ex commodato haberent.

Vt de Quinqueremi, navi ex bellicis præcipua, naupegi ipſorum penitus ignorârunt, quid eſſet, donec Carthaginienſium una, magno ipſorum bono, fundo adacta hæſiſſet in faucibus ad Rhegium; quæ à Romanis capta exemplar ſuis ad eam formam condendis dedit. [Polybio vocatur κατάφρακτος. Sed cum fuerit Romanis loco exemplaris, cui ſua primùm navigia conformârunt (quæ πεντηρικὰ fuerunt) conjicere licet, quod fuerit πεντήρης] Præterea lecti viri, maritimæ militiæ ignari, & in ſedilia diſtributi eodem ordine, & uſu docti in terra ſervare tempus & modum in remis impellendis. Et tum primùm Romani accinxerunt ſe ad maritimæ militiæ tyrocinia, οὐδ᾽ ἐπίνοιαν οὐδέποτε ποιησάμενοι τῆς θαλάττης, τότε δὲ πρῶτον ἐν νῷ λαμβάνοντες. hoc eſt: *cum nunquam de mari in mentem ipſis veniſſet, tum demum curam ejus ſuſceperunt*. Polyb. lib. 1. quanquam memoratum invenio Scriptorum Romanorum quibuſdam (Liv. l. 4.) ſed ex jactantia & ambitione, *anno urbis conditæ* 329, *claſſe ad Fidenas pugnatum fuiſſe cum Vejentibus*; quæ potius inter navicularios fortaſſe rixa fuit, cum eæ ibi

ibi ſint fluminis anguſtiæ,ut vix duabus ſchaphis junctis tranſitus pateat. Livius lib.9. afflatus quoque nonnihil aurâ vitiorum quæ jam diximus, prioribus libris inſtructam quaſi *claſſem* commemorat, *Præfectum oræ maritimæ*, *Duumviros navales*, *ſocios navales* & quicquid hujus generis. quæ omnia prę̨ter verum referuntur, aut ſaltem nihil horum militiæ deſtinatum. Florus lib. 1. cap. 11. ſub tempus belli contra Latinos; *Extant & parta de Antio ſpolia, capta hoſtium claſſe; ſi tamen illa claſſis. Nam ſex fuêre roſtratæ, ſed hic numerus illis initiis navale bellum fuit.* Quoad Mercaturam, multis antè annis *Ancus Martius* cum oſtium Tiberis portui accommodum deprehenderet, Oſtia condidit ad onerandas ibi naves merceſque exponendas, οὐ μόνον ἐπειρώτων, ἀλλὰ καὶ θαλαττίων παρασκευάσαι τὴν Ῥώμην ἀπολαύεσθαι. hoc eſt: *ut Roma non tantùm frueretur iis quæ vicina ſuppeditaret Regio, ſed & maritimis commoditatibus.* Dionyſ. lib. 3. ut eloquar quod ſentio, non video quomodo Polybii opinio, ſi examines ſeverius, conſiſtere poſſit cum cauſis belli Tarentini, aliquot ante hæc tempora annis,

quas omnes ferè Romani hiſtorici adferunt, ſed quas exactius percenſet Appianus in fragmento περὶ πρεσβειῶν, & Livii Epitome lib. 12. primùm, fuiſſe Romanis cum Tarentinis antiquum fœdus μὴ πλεῖν Ῥωμαίους πρόσω Λακινίας ἄκρας. hoc eſt: *ne Romani ultra Promontorium Lacinium navigarent*. quod probat Romanos navigaſſe; deinde quod Romanus Duumvir cum X. *navibus tectis* δέκα νεῶν καταφράκτων exploravit magnæ Græciæ littus, ex quibus quatuor merſæ, una capta, & Duumvir cæſus. Sed ſive iſtâ primum occaſione ſive aliâ, Romani ob cauſam ante dictam mari tentare fortunam cœperunt. Sane, judicante Polybio, ex terreſtris militiæ ſucceſſu animos & violentos magis impetus ad militiam maritimam attulerunt, ut nec ventorum tempeſtatumque minæ obſtarent, quominus ſemel deſignata perurgerent obiceſque perrumperent. Militandi illa ratio, pugnandique ardor, & quaſi fortunam in partes ſuas cogendi audacia ut laudem meretur in terra, ubi plurimum Romanis commodi adjecit; ita mare ingreſſa, ferox & vaſtum elementum, plus nocuit quàm inimica Carthago;

quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

quæ quamvis longo navigandi uſu mariſque peritia Romanos ſuperaret & agilitate τῷ ταχυναυτεῖν, tamen τῷ βιομαχεῖν καὶ τῇ ἀρετῇ τῶν ἐπιβατῶν. hoc eſt: *pugnandi viribus & militum virtute* inferiores, tandem per omnia inferiores fuerunt.

Navium, quæ noſtri inſtituti ſunt, triplex erat genus, *Bellicæ* aliæ, *Onerariæ*, & *Actuariæ*, primæ remis impulſæ, alteræ velis directæ, tertiæ funibus tractæ. Naves actuariæ maritimæ, vel erant trajiciendis hominibus ὁπλιταγωγοὶ vocatæ, στρατιώτιδες quoque, πόρεια, ἐπιβάδες, vel equis traducendis ſerviebant ἱππαγωγοὶ ἢ ἱππηγοὶ *hippagines*. Fluviatiles uſitatæ in anguſtiis fretorum, πορθμεῖα, ſi numero paucæ eſſent, & trajiciendis integris exercitibus cum impedimentis, σχέδια *rates* aſſeribus aut faſcibus ſimul ligatis. *Onerariæ* φορτηγοὶ & ὁλκάδες, cujus vocis veſtigia extant in vulgi ſermone (hulkes) adhibitæ commeatui vehendo, nonnunquam & militibus. Cæſar. 4. Comment. aſſignat *octoginta onerarias ad duas legiones tranſportandas*.

Inter bellicas naves præcipuus & maximus eſt longarum navium uſus,

quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

quæ ſunt μακρὰ πλοῖα, quibus à forma nomen, habiles & moderamini accommodæ & ad impetus faciendos validæ; cum onerariis eſſet majoris & rotundi magis ventris capacitas. Longæ rurſus ſuas ſpecies habent, varias ex numero tranſtrorum & remorum ſerie ſibi invicem ſuperſtructa, fortaſſis tamen, ut arbitror, non directe [κατὰ τοὺς στίχους τοὺς κατὰ τὸ ὕψος ἐπ᾽ ἀλλήλοις ait quidam. Lucanus quoque lib. 3.

Quaſque quater ſurgens exſtructi re-
migis ordo
Commovet

in deſcriptione Quadriremis. Virgil. l. 5. Æneid. agens de *Trireme*

——— *triplici pubes quam Dar-*
dana verſu
Impellunt, terno conſurgunt ordine
remi.

Memnon in fragment. p. 86. de octere, ἐν ταύτῃ, inquit, ἑκατὸν μὲν ἄνδρες ἕκαστον στοῖχον ἤρεττον, ὡς ὀκτακοσίους ἐκ θατέρου μέρους γενέσθαι, ἐξ ἑκατέρων δὲ χιλίους καὶ ἑξακοσίους. οἱ δὲ ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων μαχησόμενοι χίλιοι καὶ διακόσιοι καὶ κυβερνῆται δύο. hoc eſt: *In ejus unaquaque ſerie centum remiges locantur, ut ex altera parte viri ſedeant octingenti, ex utra-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

que mille & ſexcenti impellant. qui de tabulatis pugnant mille ducenti ſunt, & gubernatores duo.] non me latet quomodo hæc capiant explicentque alii, nimirum Ex. gr. in Triremi volunt tres viros cum tribus remis unam occupâſſe ſedem. Alii aliter, ſcilicet tres viros impuliſſe remum unum; omnes ita ut adverſus eos ſtet autoritas veterum Scriptorum, quos citant, & picturæ Triremium, quæ ſuperſtites ad nos pervenerunt. Adeo ſupra fidem videtur, quicquid noſtris navibus hodie uſitatum non vident, cum, narrante Zozimo, multis ante ipſius ætatem annis, intermiſſa prorſus fuerit condendarum Triremium conſuetudo. Et ſanè à prælii Actiaci tempore uſque ad prælium inter Conſtantinum Magnum & Licinium in Helleſponto, non memini quidquam illuſtre mari geſtum eſſe. Verba ejus extant lib. 5. δοκοῦσι δέ πως ταῦτα τὰ πλοῖα (agit de Liburnicis) ταχυναυτεῖσθαι πεντηκοντόρων οὐκ ἧττον, καὶ πολὺ δὲ τῶν τριηρικῶν ἐλαττούμενα, πλείστοις ἔτεσι τῆς τούτων ἐκλιπούσης δημιουργίας. εἰ καὶ Πολύβιος ὁ συγγραφεὺς ἐκτεθεῖσθαι πῶς ἔδοξε τῶν ἑξηρικῶν πλοίων τὰ μέτρα, οἷς φαίνονται πολλάκις κεχρῆσθαι Ῥω-

μαῖοι

μαῖοι καὶ Καρχηδόνιοι πολεμήσαντες πρὸς ἀλλήλους. hoc eſt : *Videntur autem naves illæ Liburnicæ æquè celeres in navigando ac naves quinquaginta remorum, ſed Triremibus minus idoneæ, quæ multis jam annis exſtrui deſiêre, quanquam hiſtoricus Polybius hexerum menſuram explanet , quibus crebrò in bellis inter ſe , uſi Romani & Carthaginenſes* , quicquid ſit, ex remigandi varia ratione diſcrimen præbet varias navium longarum ſpecies. Vniverſim enim , naves bellicæ , ut antè diximus, quamvis expediendæ fugæ, aut aliâs feſtinationi remos & vela adhiberent , in conflictu tantùm remis agebantur quorum inprimis uſus eſt placido mari quodque imperii (ut ſic loquar) magis audientes ſint. Dio lib. 50. τοὺς γὰρ φεύγοντας καὶ ἄνευ ἱστίων ὄντες, καὶ πρὸς τὴν ναυμαχίαν μόνην παρεσκευασμένοι οὐκ ἐπεδίωξαν. hoc eſt : *fugientes autem , cum velis deſtituti eſſent , & ad pugnam tantùm inſtructi , non perſecuti ſunt .* Navium longarum ſpecies frequentiores in Romanorum bellis , præſertim antiquis , hæ fuerunt , Triremis , Quadriremis , & Quinqueremis , τριήρης, τετρήρης , καὶ πεντήρης, unaque remorum

ſeries

ſeries eſt qua inter ſe diſtinguuntur, ut & impelli debuerint majoribus viribus, & altius exſtrui. Nono anno primi belli Punici duæ Prætoriæ naves erant Hexeres. Polyb. lib. 1. τὰς μὲν ἑξήρεις δύο οὔσας ἐφ᾽ ὧν ἔπλεον οἱ στρατηγοί. hoc eſt: *Hexeres duæ erant, quibus vehebantur Conſules.* Apud Scriptores Hiſtoriæ Romanæ recenſentur ſupra hunc numerum, ſed quæ Romanorum bellis raro adhibitæ, ut ſunt Hepteres, octeres, ἐννήρης, δεκήρης, ἑνδεκήρης, δωδεκήρης, τρεισκαιδεκήρης, τεσσαρεσκαιδεκήρης, πεντεκαιδεκήρης. Philippus Macedo pater Perſei habuit ἑκκαιδεκήρη. Polyb. in fragment; quem locum ſic vertit Livius lib. 33. *Regiam unam inhabilis prope magnitudinis, quam ſedecim verſus* (στίχοι) *remorum agebant.* Ægypti reges proceſſerunt uſque ad viginti & triginta verſus remorum εἰκοσήρη καὶ τριακοντήρη. Philopater, ut teſtatur Plutarchus Demetrio & Athenæus l. 5. condidit unam quadraginta verſuum (τετταρακοντήρη) quæ magis arcem aut palatium referret, quàm navem, longa quadringentos viginti pedes, alta ſeptuaginta duos, quæ veheret quatuor millia remigum, alios nautas quadringentos,

gentos, & prope tria millia militum. Rurſus ſub ſe Triremis habuit duas perfectas ſpecies quæ Biremis & Moneres, duaſque imperfectas quæ ἡμιολία & τριηρημιολία. Biremis Græcè διήρης & voce magis uſitata δίκροτος, conſtans duobus remorum verſibus. Quæ ex illis maximè habiles, ob levitatem & celeritatem, vocatæ Liburnicæ, ut ſcribit Appianus Λίβυρνοι γένος Ἰλλυριῶν, οἱ τὸν Ἰόνιον καὶ τὰς νήσους ἐλῄστευον ναυσὶν ὠκείαις τε καὶ κούφαις. ὅθεν ἔτι νῦν Ῥωμαῖοι τὰ κοῦφα καὶ ὀξέα δίκροτα λιβυρνίδας προσαγορεύουσι. hoc eſt: *Liburni populus Illyriorum, qui celeribus & levibus navigiis prædati mare Ionium & inſulas. Vnde etiamnum Romani leves & celeres biremes vocant Liburnicas*, ſumptâ denominatione à Liburnis populo Dalmatiæ, apud quos primùm iſtius formæ navis exſtructa eſt. Quamvis ut Vegetius & alii docent, poſtea omnes naves, pluribus paucioribuſve remorum verſibus ſupra duos, in genere vocari cœperunt Liburnicæ. Lucanus lib. 3.

Ordine contentæ gemino crevisſe Liburnæ.

Moneres, Liv. memorata lib. 38. habuit unam modò ſeriem. Tac. 1. hiſt. *complet*

quod

quod Biremium, quæque ſimplici ordine agebantur, atq; ita latinè quid ſit Moneres explicat. Iſtius rei extare memini quinque ſpecies diverſas. eſt εἰκόσορος vel Actuaria viginti remorum; τριακόντορος quæ habebat triginta, (Polybio, niſi fallor, in fragment. dicta τριακοντάκωπος) τεσσαρακόντορος quæ impellebatur quadraginta; πεντηκόντορος quæ conſtabat quinquaginta, obtinuitque hic mos in hodiernis Galeatis; ἑκατόντορος quæ centum habebat. ἡ τριακόντορος καὶ τεσσαρακόντορος καὶ πεντηκόντορος λέγεται κατὰ τὸ πλῆθος τῶν κωπῶν· ἡ Μονήρης καὶ διήρης καὶ ἐφεξῆς κατὰ τοὺς στίχους τοὺς κατὰ τὸ ὕψος ἐπ' ἀλλήλοις. h. e. *Triacontoros, Teſſerac. & Pentecontoros nomen habent à numero remorum; Moneres & Biremis & ita porrò nomen ſortiuntur à ſerie remorum ſuperſtructorum ſibi invicem*, incertus author ad finem Æliani. Græcis in uſu μονόκροτος, magiſque frequentata vox κέλης, pro qua apud Gellium lib. x. c. 25. velut per interpretationem eſt *Celox*, *Moneri* ſignificatione par, videturque inſtituta apud Polybium lib. 6. gradatio ſic exigere, τὰ δὲ λοιπὰ τριήρεις, καὶ δίκροτα, καὶ κέλητες. hoc eſt: *Cæterum*

Trire-

Triremes , *Biremes* , *Celoces* . Ex iis, quas diximus imperfectas , eſt ἡμιολία & ἡμιόλιος, navis ſcilicet inſtructa uno & dimidio tantùm remorum ordine, velut medium quid inter Monerem & Biremem ; & τριηρημιολία, inter Triremem & Biremem , cum ordinibus duobus & dimidio. Has quatuor Triremis habet ſpecies , conditas licet , ut ſuſpicor , *ad formam longarum navium* ; tamen non ita in genere illa voce includuntur , ut non ſæpe Claſſici autores longis eas navibus opponant, earumque alias μαχίμοις. Livius lib. 21. ſejungit Celoces, & lib. 38. Τριακοντακώπους à longis. Thucydides in Proœmio videtur nomen Μακροῦ πλοίου non tribuere πεντηκοντόρῳ [Τριήρεσι μὲν ὀλίγαις χρώμενα, πεντηκοντόροις δὲ ἔτι καὶ πλοίοις μακροῖς ἐξηρτυμένα. hoc eſt: *Paucis Triremibus uſi , ſed inſtructis Pentecontoris & navibus longis*] atque etiam aliis quibuſdam ſub Triremi. Sic Herodotus Clio , diſerte ponit inter ναυτιλίας μακρὰς, eam quæ alibi in Polymnia ei eſt Τριακόντορος & Πεντηκόντορος ; oppoſita navibus bellicis. Plutarchus quoque Catone cum de Liburnicis pronuntiat , allucinatur ἦσαν δὲ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Πεντακοσίων μὲν οὐκ ἐλάττους αἱ μάχιμοι, Λιβυρνικαὶ δὲ παμπληθῆ. hoc eſt: *Naves bellicæ erant non pauciores quinquaginta, & quamplurimæ Liburnicæ.* Ex moneribus aliquas fuiſſe μαχίμους ex Livio patet lib. 38. *Neve Monerem habeto ex belli cauſa.* quod additum vane lioquin redundaret. Præter has ſpecies, iſtinctas, ut videmus, inter ſe numero emorum, occurrunt & aliæ in Hiſtoriis, ut ſunt *Myoparones, Priſtes, phaſeli, Cercuri,* &c. quas forte à jam dictis iſcriminat ſtructuræ formæque ratio, um interdum longis, interdum onerariis ſimiles conderentur. Sic Appianus 5. ἐμφ. meminit expreſſe phaſeli rieritici ἐπιμίκτου ἐκ τε φορτίδων νεῶν καὶ ακρῶν. hoc eſt: *qui conſtabat partim nerariæ navis partim longæ forma.* tque hæc navigiorum genera maritinis uſibus adhibita comperimus, modo t principalis rationem haberent, modo ς ὑπηρετικὰ, & velut aliorum acceſſioes. Atque hactenus de variis bellicaum formis, quarum aliæ diviſiones unt, quod vel *Tectæ* vel *Apertæ*, Roratæ, Turritæ, aliæque. *Tectæ* aut *Conratæ* κατάφρακτοι, ex eo dictæ, quod aberent καταστρώματα *tabulata. Aper-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

τὰ ἄφρακτα, quod iis carerent. Tamen Aphractum neutro genere quibuſdam locis apud Tullium, Diodorum, Plutarchum, &c. occurrit, videturque notare quandam ſpeciem navium; & κατάφρακτος in Polybio pro Quinquere mi eſt. Majores naves, ut Quadriremes & quæ ſupra eas mole, ſemper habebant, niſi fallit memoria, foros ſeu tabulata; Triremes & Biremes nonnunquam carebant. Quæ magnitudine infra eas, fere Apertæ. Liburnica conſtrata. Plutarch. Antonio. & contra δίκροτα oppoſita καταφράκτοις Appian. Mithridatico. καταστρώματα addita navi recipiendis pluribus militibus ad defenſionem. *Nam antea*, inquit Plinius lib. 7 *ex prora tantùm & puppi pugnabatur.* In bello adverſus Xerxen, Athenienſium naves, inquit, Thucydides, οὐκ εἶχον διὰ πάσης καταστρώματα. hoc eſt *omnino tabulata non habuerunt. Roſtratæ erant* χαλκήρεις ἢ χαλκέμβολοι habebant *roſtra ex ære* ἐμβόλους καὶ χαλκώματα. Roſtra communia erant omnibus navibus bellicis, majoribus aut minoribus, tectis aut apertis, omnibus denique, quibus in hoſtem pugnandum erat. In *Speculatoriis* & quæ fere ὑπη-

ρετικὰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ρετικὰ, non valdè erat opus. Sic verò ad pugnam navalem inſtructis triplex fuit ratio hoſtem impetendi, ut vel incurſu naves inimicas rumperent, defringerent remos militeſque occiderent qui propugnaturi tabulata occupaverant. Vt primum fieret, neceſſe erat navium proras muniri ad impetus. *Turritæ* πυργοῦχοι quæ habebant *ad proram & puppim turrium propugnacula, ut in mari quoque,* ait Plinius lib. 32. *pugnaretur velut è muris.* Pollux meminit πυργιδίου δεξιοῦ καὶ εὐωνύμου *turriculæ dextræ & ſiniſtræ,* quæ ad latera erant.

Præerant navibus *præfectus Claſſis* quem Admirallum vocant; *Duumviri* in antiquis Hiſtoriis, cum duobus injuncta erat præfectura. *Trierarchus* regebat unam navem, *Gubernator*, magiſter, κελευστὴς, & alii inferioris loci & ordinis, reliqui *Socii* navales aut milites, πληρώματα ἢ ἐπιβάται. *Socii navales* porrò erant vel ἐρέται remiges, tractandis remis, aut ὑπηρέται, quos Cæſar vocat nautas, adhiberi ſolitos aliis miniſteriis in navi. Socii navales colligebantur libera repub. ex ultimæ claſſis hominibus, aut ἐκ τῶν ὑπὸ τετρακοσίας δραχμὰς τετιμημένων. hoc eſt:

qui infra cenſum erant quadringentarum drachmarum, ut Polybius ſcribit l.6. poſtea ex Dalmatis, Pannoniis,&c. Tacit. 3. hiſt. milites ἐπιβάται ferè Legionarii erant, & navali pugnæ apti, & deſcenſui in terram, ſi ita ferret occaſio. Poſterioribus temporibus, cuique Claſſi aſſignata erat ſua Legio, Veget. lib. 4. cap. 31. cum ducibus eodem pertinentibus. Primo bello Punico exemplum habemus apud Polyb. lib. 1. trecentorum remigum, & centum viginti ἐπιβάτων in ſingulis navibus bellicis. Claſſis quoque habuit quatuor ordines, primus vocabatur *Prima Legio & prima Claſſis*, & ſic porrò ſecundus & tertius; quartus *Triarii*. πρῶτον μὲν γὰρ ἐκαλεῖτο στρατόπεδον καὶ πρῶτος στόλος καὶ τὰ λοιπὰ κατὰ λόγον, τὸ δὲ τέταρτον ἐπωνυμίαν ἔτι οὐ προσειλήφει. Sed infrequens mihi occurrit iſtius diviſionis mentio ſeculis ſequentibus. Anno primi belli Punici quinto, & primo militiæ navalis contra Carthaginienſes, Romani eduxerunt centum Quinqueremes,& viginti Triremes. Polyb. lib. 1. Florus lib. 2. cap. 2. auget numerum *centum ſexaginta navium claſſis intra ſexageſimum diem quam cæſa ſylva fuerat,*

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

in anchoris ſtetit. [Polybius pag. 16. rem ſupra fidem putat, tribus menſibus; ſed major erat numerus navium videlicet 220. εἴκοσι καὶ διακοσίων σκαφῶν τὴν συντέλειαν ἐν τριμήνῳ λαβόντων, ὅπερ οὐδὲ πιστεῦσαι ῥᾴδιον.] ea in expeditionibus celeritate uti debuerunt, penes quos futurum erat Orbis imperium. Et tamen illud Scipionis Senioris admirandum magis, qui *die quadrageſimo quinto quam ex ſylvis detracta materia erat, naves inſtructas armataſque in aquam deduxit.* Livius lib. 28. extremo, & quod caput eſt, ſine publicis ex ærario impenſis. Octavo hujus belli Punici anno, ut ex Polybio colligitur lib. 1. trecentæ triginta inſtructæ ſunt. Regulus eodem anno in Africam trajecit cum trecentis quinquaginta, Appian. λιβυκῇ. Æmylius & Fulvius trecentas ſexaginta quatuor naves habebant in eodem bello. Polyb. lib. 1. ad quem numerum Roma longè poſt non adſcendit. Secundo bello Punico notatæ centum ſexaginta, aut ducentæ, aut non multò plures. Contra Antiochum armârunt tantùm octoginta, & aliàs totidem etiam, rebus florentibus. Dubium hoc Polybius

lib. 1. etiam notat, quod alibi ſolvit. καὶ τί δή ποτέ ἐστι τὸ αἴτιον ἀπορήσαιέ τις ἂν ὅτι κεκρατηκότες τῶν ὅλων, καὶ πολλαπλασίαν ἔχοντες ὑπεροχὴν νῦν ἢ πρόσθεν οὔτ' ἂν πληρῶσαι τοσαύτας ναῦς, οὔτ' ἀναπλεῦσαι τηλικούτοις στόλοις δυνηθεῖεν. hoc eſt: *quanam autem cauſa ſit, dubitaverit quiſpiam, cur Romani devictis omnibus, longeque jam potentiores quàm olim, tot naves inſtruere & tantis claſſibus navigare non poſſint.* Quanquam enim numerus trecentarum ſexaginta quatuor non videatur immenſus, tamen Claſſis illa fuit tanta, ſi naves conſiderentur, ut non tantùm Græci & Macedones, ſed & Perſarum potentia, quæ mille ducentis velis texit mare, comparationem non ſuſtineant Polybii judicio; poſt cujus ætatem Pompejus in bellum piraticum non duxit ſupra ducentas ſeptuaginta, Appianus Mithridatico. Sed in civili bello habuit, ut teſtatur Appianus ἐμφ. 1. Sexcentas naves longas, ἐντελεῖς τοῖς πληρώμασι. Et ἐμφ. 5. Auguſtus poſtquam Sextum Pompejum Italiâ ejeciſſet, ſexcentas longas naves ſuas, præter ſeptemdecim quæ cum Pompejo fugerant; & Claſſem Antonii, qui non diu poſt in pu-

gnam

gnam Actiacam inſtruxit quingentas bellicas naves μαχίμους ναῦς, ubi Auguſtus ducentas quinquaginta habuit. Plutarchus Antonio. Et hic maximus mihi videtur numerus in re Romanâ. Nam quod legimus de mille ſexcentis cum Sylla ex Aſia (Appian. ἐμφ.) mille cum Germanico in Germania, Tacit. 2. Annal. & ſimilibus, intelligenda trajectui, non pugnæ.

Finitis bellis civilibus cum Auguſtus Rempublicam Legionibus & Auxiliis terrâ firmâſſet, ut ante vidimus, non neglexit maritimam Imperii cuſtodiam duabus claſſibus conſtitutis in Italia, alterâ ad Miſenum in mari Infero, cohibendæ intra obſequium Galliæ, Hiſpaniæ, Mauritaniæ, Africæ, Ægypto, Sardiniæ & Siciliæ; Alterâ Ravennæ in mari Supero, tutandæ regendæque Macedoniæ, Epiro, Achaiæ, Aſiæ, Cretæ, Cypro, &c. & extra Italiam unâ in Ponto Euxino (Tacit. 2. 3. Hiſt. Arrian. περιπ. ponti Euxini.) defendendis illis regionibus; & conſtabat quadraginta navibus primo Veſpaſiani principatu. Egeſippus lib. 2. præter eas claſſes ordinariè adhibitas muniendo tuendoque imperio, *proximum Galliæ lit-*

 tus,

tus, ait Tacitus IV. Annal. *roſtratæ naves præſidebant, quas Actiacâ victoriâ captas Auguſtus in oppidum Foro-Iulienſe miſerat valido cum remige*; & præterea *apud idoneam Provinciarum ſociæ triremes*. Claudius poſt adjectam Imperio Britanniam, adjunxit ad cæteras claſſem quoque Britannicam. Nec mare tantùm, ſed & flumina, Imperii fines, ſuis tenebantur claſſibus. Sic *Germanica Claſſis* in Rheno legitur, & *Danubiana Claſſis*, & *Euphratenſis*. Tacit. & alii.

EXPLI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

EXPLICATIO

Loci cujuſdam apud Polybium ubi & vulgata lectio adverſus virum Doctiſſimum defenditur, & ratio militaris ſtipendii exponitur.

POlybius lib. 2. in deſcriptione admirandæ fertilitatis, cujus nomine Galliam Ciſalpinam celebrat, refert impendium cœnæ ſatis lautè & bene inſtructæ eſſe Semiſſem, quem vocat quadrantem oboli. Verba ejus, prout excuſi vulgo libri habent, hæc ſunt: ποιοῦνται τὰς καταλύσεις οἱ διοδεύοντες τὴν χώραν ἐν τοῖς πανδοχείοις, οὐ συμφωνοῦντες περὶ τῶν κατὰ μέρος ἐπιτηδείων, ἀλλ᾽ ἐρωτῶντες πόσου τὸν ἄνδρα δέχονται, ὡς μὲν οὖν ἐπὶ τὸ πολὺ παρίενται τοὺς καταλύτας οἱ πανδοχεῖς, ὡς ἱκανὰ πάντ᾽ ἔχειν τὰ πρὸς τὴν χρείαν, ἡμιασσαρίου, τοῦτο δ᾽ ἐστὶ τέταρτον μέρος ὀβολοῦ. σπανίως δὲ τοῦτ᾽ ὑπερβαίνουσι. h.e. *Qui per eam regionem iter faciunt, in hoſpitiis accepti, non paciſcuntur particulatim de iis quæ exhibentur, ſed quærunt*

quantum ſinguli ſolvere debeant, & plerumque hoſpites omnia neceſſaria exhibent pro ſemiſſe, qui quadrans eſt oboli; rarò autem id pretium excedunt. Vt exactius hæc cognoſcantur, id præſtruendum, quod Drachma fuerit nummus ſignatus Græcorum, qui præcisè octavam partem unciæ pendebat, & vulgo conſtabat ſex obolis; quod Drachma & denarius (pro hac enim ſententia ſtant Scriptores numero & authoritate potiores contra pauciores minuſque celebres) apud antiquos indiſtinctè uſurpata, & in utraque lingua ſignificaverint ejuſdem valoris nummum. Denarius exactè & omni ævo dividebatur in quatuor ſeſtertios; initio valebat decem tantum aſſes, ſignificatione ex re ſumpta; *Denarius quaſi dena æra.* Poſtea tamen excrevit valor, etiam uſque ad XVI. aſſes. Ita ſi ad rationem argenteæ apud Anglos monetæ redigas, ubi uncia continet quatuor ſolidos ſterlingos, drachma vel denarius pendet ſeptem pence & dimidium, & obolus valet pence unum & quadrantem pence; Seſtertius, unum pence cum dimidio, quadrante Kue (Kue vocatur octava pars noſtri peny; cee, decima ſexta;
pric-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

pricke, trigeſima ſecunda.) As primò valuit dimidium peny & quadrantem, & Denarii valore aucto ad ſedecim aſſes, noſtrate monetâ valebat tantùm kue cee pricke id eſt octavam partem peny, decimam ſextam, & trigeſimam ſecundam partem unius peny. Et denarius ſi unquam confecit duodecim aſſes, ut æſtimatus Polybio hic videtur, (nam ſi ſemiſſis eſt quadrans oboli, unus obolus valet duos aſſes, & porrò ſex oboli, hoc eſt, drachma aut denarius, æquivalet duodecim aſſibus) tum aſſis æſtimabatur dimidio peny & octava ejus parte monetâ Anglicana; & Semiſſis, quadrante & decima ſexta parte; quâ impenſâ cœnabat vir in diverſorio Galliæ Ciſalpinæ. Hæc Polybii narratio fidem excedere videtur Budæo, & admiranda cenſetur Hottomanno p.20. libri de re nummariâ. Si ulterius non proceſſiſſet Hottomannus, citra culpam conſtitiſſent quæ dixit; cum & Polybius velut rem miram id narret, nobiſque tantò magis videri debet, ſi pretium, quale hoc ævo rebus ponitur, expendimus. Sed Hottomannus admiratione ſua non contentus, & neglectu æquiſſimæ certiſſimæque rationis, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

mox diluceſcet, nummos valere & æſtimari non natura, ſed poſitione; advocato criticæ, (laudatiſſimæ artis in veterum authorum emendatione) auxiliô medicinam facere loco, velut ægro, aggreſſus eſt. *Mihi tamen*, inquit Hottomannus pag. 23. *tantuli nummi pretium cogitanti venit in mentem ſuſpicari, duo fœdiſſima in illo Polybii loco menda ſubeſſe* &c. & pro ἡμιασσαρίου id eſt Semiſſis legit, τρίτου ἡμιασσαρίου. id eſt: *duos aſſes cum dimidio*, & pro τέταρτον μέρος ὀβολοῦ. hoc eſt: *quarta pars oboli*, τέταρτον μέρος δραχμῆς *quadrans drachmæ*; cùm vox τρίτου, ut conjectat, non fuerit plenè ſcripta, ſed per notam γ, librario incognitam, ideoque omiſſa; & nota ∽, drachmam deſignans facilè abire potuerit in <, oboli notam. ut porrò muniat hanc correctionem ratione, ſubjungit, nuſquam auditu compertum eſſe, *ut drachma ſive denarius duodecim aſſibus æſtimaretur* (quod Polybii verba in excuſis libris neceſſariò inferunt) ſed vel decem duntaxat vel ſedecim. Sic ſacra illa ars Critica nobis extudit pretium cœnæ ſeſtertium aut quartam partem Drachmæ; monetâ noſtrâ peny cum dimidio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

dio, quadrantem & octavam partem. Sane correctio hæc præ abſurditate magis admiranda eſt, quàm vulgata lectio. Polybius enim, optimus ſui temporis interpres, lib. 6. facit Romani militis ſtipendium, quo de omnibus neceſſariis ſibi proſpicere cogebatur, duorum obolorum in ſingulos dies, ita ut militi in tridui victum omniaque neceſſaria (quę varia & magna fuiſſe patebit) una ſufficere debuerit drachma, & in regione, quæ rerum copia abundabat, ſi impenſa cœnæ fuerit quadrans drachmæ, ſolus bidui victus, abſumebat tridui ſtipendium; quod æquè mihi mirandum ac illud alterum, niſi milites plurium dierum jejunio præ aliis gaudeant; homines alioquin (ut meminit alicubi Xenophon) qui ferè minimo victitare nequeunt. Et ne quis putet, Hotomannum alteri loco, ſi ſe dediſſet, potuiſſe vim criticam inferre, cùm jam apud ipſum prævaleret iniqua corrigendi libido, auſpicatò in ejus verba incidimus, quibus vulgatam lectionem, ut probam, aſſeramus. Extant illa pag. 164. libri de re Nummaria: *Modum ſtipendii Polybius lib. 6. ſcribit ſuo tempore, hoc eſt ſub initium belli Punici tertii* (ita enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſcripſit, aut ſaltem ſcribere debuit, non *ſecundi*) *fuiſſe in peditem duorum obolorum.* Et ſanè ſi attendamus ad illa, quæ multa militi ex ſtipendio duorum obolorum vel octo ſemiſſium in diem procuranda fuerunt præter victum, ut arma, veſtem, tentoria aliaque, quorum Tacitus meminit 1. Annal. [*Hinc* (ubi de ordinario militis ſtipendio agit) *veſtem, arma, tentoria, hinc ſævitiam Centurionum & vacationes munerum redimi*] aliique, mirari deſinemus quod in regione omnibus rebus ad miraculum uſque affluenti, cænare potuerit octava parte ſtipendii diurni; pretio alibi ferè majori, neque hic ſemper ita vili, ut ipſa authoris verba innuunt, σπανίως δὲ τοῦτο ὑπερβαίνουσι. hoc eſt: *rarò autem id excedunt.* Quod autem hæc annonæ vilitas nec ſupra fidem ſit, nec tanta admiratione digna, niſi forte nobis, qui ex moribus noſtris univerſi mundi examen inſtituimus, pronum fuiſſet percipere ex iis, quæ ſex forte lineis ante habet Polybius, ubi ſcribit, in eadem regione, duos hordei medimnos, æquivalentes tribus apud nos Bushelis ſive modiis, conſtitiſſe quatuor obolis, id eſt, ſedecim ſemiſſibus.

Neque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Neque ita abſurdum mihi videtur, ſedecim hominibus prandium poſſe redimi pretio trium modiorum hordei aut longè minori, quàm ut tres cænare non poſſent pretio minori trium Bushelarum aut modiorum hordei, piche & dimidii piche, ut ex Hottomanni ratiocinio ſequi neceſſe eſt. Athenæus in Principio libri octavi aliud ex Hiſtoriarum Polybii libro 34. teſtimonium ſuppeditat, in Luſitaniâ hœdum bene pinguem vulgo haberi obolo uno, quo pretio quatuor homines cœnant in Italia. Ipſe Hottomannus pag. 16. de re nummaria, ſatis multa ex Gellio citat, ut violentiam ejus non debuerit experiri locus miſer, quod *lege Æterniâ* ovis pretium eſſent decem aſſes, ut abſurdum mihi non ſit viginti homines pretio unius ovis prandere poſſe. Vile quidem, fateor, impendium, quadrans peny & decima ſexta ejus pars pro prandio; atque ita duo peny cum dimidio diurnum erat militis ſtipendium, quo nunc pretio vel calo nollet in caſtris jentare. Et tamen Romanum ſtipendium, quod in frumento erogabatur, modius ſcilicet tritici in menſem, etiam nunc robuſtiſſimo ſuffecerit mi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

liti. Monetæ enim æſtimatio eſt à Principe aut Magiſtratu, vel hominum pacto, variari ſolitis prout ſe occaſio dat. Inde græcis νόμισμα dictum, quod νόμῳ non φύσει *lege non naturâ* ſubſiſtat, cum per ſe & naturâ nihil ſit, ſed illud quod ſit nanciſcatur ex hominum inſtitutione. Reliqua in quibus naturæ vis prævalet, manent ſemper eadem. Sed cur nummus argenteus, cujus & materia & pondus idem, tanti tum fuerit æſtimatus, hodie valore tantùm imminuto ſit; quid reſponderi poſſit melius non video, quàm quod major nunc ſit iſtius metalli copia. Cum enim τὰ νόμῳ μόνον ὄντα largius affluunt, quæ ſolâ conſtant hominum æſtimatione, τὰ φύσει ὄντα quæ natura conſiſtunt, aucto pretio priorem ſequuntur æſtimationem. *Capta ab Auguſto Alexandria*, ait Oroſius, *Roma in tantum opibus ejus crevit, ut duplo majora quàm antehac rerum venalium pretia ſtatuerentur.* Et quod in Anglia ante centum annos comparari potuit decem nummis groſſis, qui tum pendebant unciam, nunc poſtquam adiri cœperunt Indiæ, vix emi poteſt decem ſolidis uſitatæ in vulgus monetæ, aut duabus unciis eodem

valo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

valore & pondere. Si forte verò transvectis Indiarum divitiis, quantæ quantæ ibi ſunt, abundare cœperimus, exæquatâ in reliquis Orbis partibus copiâ, quicquid hodie pretii grande & immenſum exiſtimamus, victuris eo tempore hominibus non miranda minus erunt, quàm nobis cenſetur illud ex Polybio. Qui author, teſte Strabone lib. 4. Geographiæ ſuæ, cauſam refert ad inventas ſuo ævo aurifodinas ad Aquilejam, unde auri æſtimatio per totam Italiam ad triplum decreverit, aut ut aliter quoque idem explicetur, quod pretia rerum venalium ad tertiam partem excreverint. quod autem Hottomannus exiſtimat, Denarium nunquam æſtimatum duodecim aſſibus, ſed vel decem vel ſedecim, etſi ad rem, quæ nobis in manibus, non magnoperè faciat, ſanè tamen quod negare conatur labat ex oppoſita Polybiani loci vi, qui contrarium adſtruit. Neque enim probabile videtur, à decem facto tranſitu perventum ſimul ad ſedecim, neglectâ, quæ in medio eſt, proportione. Accedit, quod alius vir doctus (Iuſtus Lipſius 1. Electorum, & in Commentario ad Tacit. Annal. 1.) huic adverſariam tueatur ſenten-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſententiam, favente & ratione & ſcriptorum authoritate. Res ipſa ergò clamat, malignè ſe geſſiſſe Hottomannum cum loco huic notam criticam inuſſit. Profectò ſi gliſcat audacia graſſandi ex temeritatis impulſu in publica monumenta, video brevi nos eò redigendos, ut Winkindi de Worde & Badii Aſcenſii typographîa noſtris præhabeantur, & univerſim exemplaria ſint emendatiſſima, quæ quàm minimum emendantium manus fuerint experta.

AVCTO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

AVCTORES

qui in Notis Savilii ad Taciti Hiſtorias & Agricolæ vitam, & in Commentario de militia Romana citantur.

ANtonini itinerarium.
Appianus.
Arrianus de rebus geſtis Alexandri M.
Arriani Periplus ponti Euxini.
Arriani diſſertationes in Epictetum.
Aſconius Pædianus.
Ariſtoteles.
Athenæus.

Caſſiodorus.
Cæſaris Commentarii.
Cenſorinus de die Natali.
Cicero.
Columella.

Dionyſius Halicarnaſſenſis.
Dio.
Diodorus Siculus.
Donatus.

Florus.
Frontinus.

A. Gellius.

Hege-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Hegeſippus.
Herodianus.
Hottomannus de re nummaria.

Ioſephus de rebus Iudaicis.
Iulianus Imperator.

Laërtius.
Livius.
Lucanus.

Am. Marcellinus.
Marcellus Empiricus.
Val. Maximus.
Mela.

Rutilius Numatianus.

Olympiodorus ad Meteorologica Ariſtotelis.
Oroſius.

Philoſtratus.
Plinius uterque.
Plutarchus.
Pollux.
Polybius.
Æmil. Probus.

Seneca.
Servius ad Virgilium.
Strabo.

Sue-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Suetonius.
Suidas.
Syneſius.

Theophraſtus.
Thucydides.

Varro.
Vegetius.

Xenophon.
Xiphilinus.

Zonaras.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21

ſ–14:–

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 21